

mandatis, depositi, si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur ad invicem, pupilli non obligantur: Claudicat igitur contractus hic, ut patet: & probatur etiam in leg. Julianus, §. In quo a pupillo, ff. de action. emi. & ibi, notat Bartol. & bene Petrus Sarda, consil. 9, num. 8. cum sequentibus libro 1. ubi plures de i. ita tenentes allegat, & num. 10. probat cum Romano Socin. & Corneo, quod pupillus sine tutore contrahit societatem, quae sibi fit utilis, quia secundum ipsum Cornuam nulla ex hoc resultat iniquitas, quia tenetur pupillus major factus ratificare, si voluerit, & hoc modo etiam hinc inde a qualis obligatio. Erit igitur valida societas, quatenus pupillus contineat commodum secundum Petr. Sarda, d. n. 16. in fin.

27 Sexta conclusio, quae habet, quod auctoritas tutoris vel curatoris, nomine minoris in iudicio, vel extra, non potest praestari per procuratorem, probatur etiam iure communis, si tutor, hyst. de auct. tut. ubi, quod tutor statim in ipso negotio praesens, debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse exiitumaverit: post tempus vero, vel per epistolam, aut per nuntium imposita auctoritas nihil agit.

SUMMARI A.

- 1. L. 18. tit. 16. partit. 6. littera refertur, & per totum caput declaratur.
- 2. Tutore vel curatore minorum non debent vendere, nec alienare immobilia eorum, quod si alia fecerint sine decreto iudicis, potest contra eos in litem jurari, ut in n. 2. idem est in administratores civitatis, vel universitatis absque solemnitatibus alienantibus bona communia, ut in n. 6.
- 3. Subhastatio rerum minorum quomodo fieri debeat?
- 4. Consecutio minuens solemnitates iuris requisitas ad alienationem rerum minorum valida est.
- 5. Solemnitates requisitae ad alienationem bonorum minorum, an ex cursu temporis praesumantur intervenisse vel non remissive.
- 6. Alienatio rei immobilis minoris facta sine iudicis decreto, vel absente curatore est nulla: quo casu minor vel ejus heres, ne dum potest agere contra emtores, sed etiam contra quoscumque possessoris, ut in num. 9. & ad finem quos, agere potest, si emtor non fuit bonae fidei, ut in num. 10. & quando dicatur esse bonae vel male fidei, num. 11. idem, num. 12. in emtore rei Ecclesiae inde ite alienata: & industriales quoque fructus in hac specie ab emtore male fidei restituentur, in quantum possessor factus sit locupletior, licet sint consumti, num. 13.
- 7. Error iuris bonam fidem producit quoad acquisitionem fructuum & ad praescribendum, & multo magis, si cum errore iuris sit administratus error facti, ut in num. 15. & excusatur emtor a vera mala fide, si adsint conjecturae ignorantiae iuris, ut in num. 16.
- 8. Error iuris tunc bonam fidem producit quoad acquisitionem fructuum, quando confitetur, & multo magis, si cum errore iuris sit administratus error facti, ut in num. 15. & excusatur emtor a vera mala fide, si adsint conjecturae ignorantiae iuris, ut in num. 16.
- 9. Minor vel alius debitor, qui bona non servavit servandis alienata cum fructibus recuperat, an & quando pretium solutum, vel pecuniam debitam restituere tenetur cum legitimo interesse, & num. 21.
- 10. Restitutor rei iuste captae pro executione debiti, non fit cum fructibus quando confitetur, & multo magis, si cum errore iuris sit administratus error facti, ut in num. 15. & excusatur emtor a vera mala fide, si adsint conjecturae ignorantiae iuris, ut in num. 16.
- 11. Pater tutor vel curator filii emancipati non potest ejus bona immobilia sine decreto alienare, secus est in patre legitimo administratore filii.
- 12. Bona emphyteutica minoris non possunt alienari sine decreto iudicis.

- 24. Bona minoris immobilia in emphiteusi dari non possunt sine decreto & debita iuris solemnitate, nec in eis constitutus usufructus, aut usufructus minoris constitutus in alieno pro adio, alienari sine decreto praeoris potest: idem, est de quovis alia servitute reali.
- 25. Curator sui ipsi praedium, seu alia bona immobilia alienare non potest absque decreto iudicis.
- 26. Bona minoris quasi dominii eorum alienari non possunt sine decreto.
- 27. Bona minoris absque decreto remitti non possunt, nec eadem alio, quam minor habet ad rem.
- 28. Bona immobilia minoris permutari non possunt absque decreto nec alio modo alienari, puta per compromissum aut transactionem, nisi per eam minor retinet et ipsa bona, aut si possent alienari sine decreto, ut in n. 29. si am eorum casu, quo valet compromissum, minor laedatur, poterit restitui, ut in n. 30.
- 29. Tutor, aut curator in claris compromissum & transactionem facere non potest, alias tenetur, sicut in casu dubio.
- 30. Pater legitimus administrator filii an compromittere, vel transigere, possit super adventitius filii, num. 32.
- 31. Alienatio rei immobilis minoris evidentiter ipsi utilis, an valet facta absque iuris solemnitatibus.
- 32. Bona minoris alienari non possunt etiam pro eo alendo fame laborante sine debitis iuris solemnitatibus, nisi res dilationem non patiarur, aut moram.
- 33. Bona immobilia minoris hypothecari non possunt sine decreto iudicis, & quid si emat eo pacto, ut res remaneat hypothecata pro securitate solutionis pretii quo ipsa venit, num. 36. cum seqq.
- 34. Minor sui tutor vel curator, an possit facere pactum de retro vendendo.
- 35. Pactum resolutivum contractus contra Ecclesiam, vel minorem ementem, valet.
- 36. L. 1. §. si minor, ff. de rebus eorum, intellectus.
- 37. Minor non potest remittere, vel remanere, aut desinere acquirere rem suam immobilem sine decreto.
- 38. Pecunia destinata ad emtionem praedium, an possit converteri in alium usum sine decreto, & in num. seqq.
- 39. Pecunia regulariter est de rebus quae servando servari non possunt, & num. 46.
- 40. Pecuniarum magna quantitas ab immobilibus non differri.
- 41. Pecunia deposita ad emtionem praedium dimidia pars pertinet ad mulierem si ante statuto, quod ipsa superstes marito succedat in dimidia parte bonorum immobilium ipsius mariti, contrarium, num. 49.
- 42. Pecunia destinata ad comparandum bona immobilia non mutat qualitatem, nec substantiam pecunia, nec immobilium naturam assumit. Sed res mobilis censetur, ut in num. 48.
- 43. Mobilibus legatis continetur pecunia cambiis tradita, L. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. & tut. ad. tut. intellectus.
- 44. Bona minoris immobilia in dotem dari nec expresse obligari possunt absque decreto iudicis, & in num. 52. nec propter nuptias dari, ut in n. 53. nec in arrhis dari, ut in n. 54. quamvis iure communis minor teneretur donationem propter nuptias uxori facere, sed secus est iure nostro regio, ut ibidem.
- 45. Bona immobilia minoris non possunt alienari ad pias causas sine decreto praeoris, & c.
- 46. Index quis erit competens ad interponendum decretum pro alienandis rebus immobilibus minorum.
- 47. Bona immobilia minorum donari non possunt sine decreto: procedit etiam in donatione remuneratori, ut in num. 58.
- 48. Minor potest donare res, quae servando servari non possunt, de quibus hic.
- 49. Minor si consulte ac iustam & honestam causam sibi, alioque

- alioque utilem donationem fecerit, restituendus non est, sicut alius.
- 50. Minor ergo regulariter donare non potest, fallit in casibus de quibus hic in num. 60.
- 51. Tutor, curator, vel praelatus an possit alienare sine decreto Molendina & alia bona sita juxta flumen obnoxia inundationi.
- 52. Bona immobilia minorum possunt alienari sine decreto, quando pater vel testator id iussit: item quando minor in suo testamento cavet rem se licet suam immobilem certo pretio vendi, ut in num. 63.
- 53. Minor vel ejus tutor aut curator, an possit vendere vel alienare praedium sine decreto, quod testator iussit vel promissit vendere, & num. seqq.
- 54. Tutor, qui emit rem a patre minoris defuncto, potest etiam sibi tradere ab aliis, alia solemnitate.
- 55. Pacti formalis venditionis expresso pretio & alio conditionibus, & pacti infirmis de vendendo differunt.
- 56. Alienatio legalis vel hypothecata tacita a iure inducitur bonorum immobilium minoris valet sine decreto.
- 57. Minor an possit bona sua immobilia alienare sine decreto pro eadem restitutor vel consignatario a carcere vel captivitate.
- 58. Fideicommissum reciproci inter fratres minores remitti potest, & super eo tractatio fieri, nec competat restitutio.
- 59. Minor, qui veniam a patre impetravit, an bona sua immobilia alienare possit sine decreto.
- 60. Juramentum minoris 25. annis, supplet defectum decreti iudicis.
- 61. Consuetudo, quod in alienationibus rerum immobilium minorum non interveniat decretum iudicis, valet.
- 62. Bona minorum non possunt alienari ab alieno: & quae requisita sunt iure servanda, num. 75.
- 63. Bona immobilia minorum possunt alienari propter utilitatem ipsorum.
- 64. Domus paterna vel alia minorum alienari non potest, sed requiruntur plura, de quibus in n. 82. & 83. & 84.
- 65. Venditio prohibita trahitur ad omnem alienationem rerum majorum.
- 66. Monumenta majorum ad alios transire impium olim dicebatur.
- 67. Minor restituitur adversus adjectionem ab alio factam in re majorum suorum.
- 68. Servi minorum, an & quando alienari possint.

CAPUT V.

De prohibita alienatione bonorum immobilium minorum per tutores vel curatores faciendam.

TUTORES, & vel curatores non debent alienare bona immobilia minorum, nisi ad solvenda debita patris minoris defuncti, vel ad foreres minoris matrimonii copulandum, vel ob matrimonium ipsius, vel ob aliam iustam causam, cum alter fieri non possit: & tunc id facere debent cum iudicis decreto, non tamen debet iudex consentire, ut domus petris, aut, in quo ipse minor natus fuit, ullo modo alienetur, si hoc evitari possit: Idem in servis ab antiquo servientibus in domo patris: hinc enim utiles esse solent, conficiuntur sunt bonorum defuncti: qui autem damnosi esse possent, vendi poterunt, pretium quae eorum in utilitate minoris converti debet, Ita docuit, l. 18. tit. 16. partit. 6.

In textu Regio in principio, ibi, Non deuen los guardadores dar, non vender, nin enagenar ninguna de las cosas de el herfano que se ayra, & de hoc agitur late in toto tit. C. ff. de rebus eorum, & C. de prad. & aliter, min. l. lex qua tutores, per totam praecipue in ver. venditione tutoris, C. de administr. aut l. 4. tit. 5. partit. 5. ubi excipit cum casum, licet, quando los fuele tam gran menester que no podrian al facter, & par, & in pra. de los menores, idem etiam

habetur in leg. 60. tit. 16. partit. 3. ubi quod in casibus debet fieri, con otorgamiento del juez del lugar andando la cosa publicamente en alvoreda treynta dias, & alí se pone la forma de la carta de venta para que el comprador pueda ser feguro de lo que comprare, & el guardador del herfano se guarde de error; quas leges allegat bene maceria declarans Anton. Gomez, secundo tomo, cap. 14. de restit. min. num. 13. per totum cum sequentibus, & Petr. Duennas in regula 11. ampliat. 5. & reg. 107. num. 3. & C. de. Perey. an repetitio legis sicuratore habet: an parte contrarium fecit, num. 1. cum sequentibus, C. de in integrum restit. minor. habetur in tract. de restitutions in integrum, 2. parte, pag. 1145. & Petrus Sarda de alim. tit. 8. privileg. 45. in princip. & per totum, ubi plures alios citans, & Molin. Theologus, 3. parte, de iustit. & iur. tit. 2. disputat. 224. colum. 178. vers. res immobiles, & colum. seq. ubi nonnullas causas legitimas refert.

Quod adeo procedit, & tutore alienans rem immobilem minoris sine decreto iudicis fit in dolo, & minor potest in tali casu contra eum in litem jurare, Ita Plotus in tractatu de iur. §. 5. num. 3.

Inferens idem esse in administratores civitatis vel universitatis, absque solemnitate alienantibus bona communia, Roland. a Valle consil. 49. num. 38. lib. 1. Cavalecan. de tutor. & curat. num. 123. & 124. ubi alios refert, & Petr. Sarda consil. 28. num. 6. lib. 1.

Quomodo autem debeat fieri subhastatio, & de ea conitare, agit Joannes de Platone in lege 1. num. 2. C. de fid. instrament. & iure hyst. ff. al. lib. 10. & de solemnitatibus ad hanc venditionem necessarius Gregorius Lopez in dicta lege 1. tit. 3. partit. 3. in glo. 1. con mas gran fabricada, & gloss. seq. & Decius consil. 203. num. 21. & seqq. optime, & late Rolandus a Valle consil. 23. per totum lib. 1. 7. de hoc pregonem que se han de dar y en que manera, Menocchio in sua praed. 7. tit. ad. fl. 144. ad fin.

Et valet & conductio minuens solemnitates, & cunctum Rech. de Curt. de consec. scil. 5. num. 27. §. 2. in parvis, ubi alios refert.

Et an, & quando hae solemnitates & cursu temporis praesumantur intervenisse, vel non, agit latissime Maccard. de probat. 3. tom. concol. 1395. num. 6.

Alienatio igitur rei immobilis minoris facta sine iudicis decreto, vel absente curatore est nulla, & minor nullam parat praedictum, leg. fin. §. fin. autem, C. si propter pup. penit. dist. lege, lex qua tutores, & in ver. si districio tutoris nulla, C. de administr. tutorum. Unde restitutio non est necessaria, quia minor servatur ipso jure illa sua, leg. in causa §. Pomponius ff. de minor. Bald. in l. 2. C. si advers. vendit. C. ad. ubi supra, num. 1. per totum. Et quod talis alienatio, & in solutum dato absque decreto praeoris sit nulla, Decius d. consil. 402. num. 11. & sequentibus, Alexander consil. 53. vult colum. 2. vultem, 3. Corneo consil. 92. volum. 4. & consil. 71. quod non valet, volum. 3. Petrus Duennas in reg. 106. verb. decretum, ampliatum 2. & 4. Rolandus a Valle dist. consil. 33. num. 21. & sequenti, vol. 1. & hos refertur Cavalecan. de tut. & curat. num. 123.

Ubi quod hoc casu minor, & ejus heres, nec dum possunt agere contra emtorem, sed etiam contra quoscunque possessores universales & singulares, per textum in leg. magis puto, §. si as alienum, & §. maneat ff. de reb. eorum, & Roman. consil. 321. in causa si proposita consiliatio, Paris. consil. 100. volum. 1. & Paulus de Castro consil. 105. n. 2. in 2. par. ubi ponit remedium utiles, & forma. libelli contractum rescindendi, & Decius consil. 303. num. 19.

Eadem ratione fit (& hoc erit prima ampliatio) poterit minor non solum rem fide alienatam, sed etiam fructus universos vendicare, si non bona fide emtor fuisse, qui emit, confiteri, text. est expressus in leg. 2. §. si quis ignor. rem. min. esse, & c. & leg. si praedium, C. de prad. min. Igitur si emtor bonam fidem habuerit, non restitue necessa-

rio fructus omnes, quos perceperit, ut constat ex d. l. 2. & deducit Doctor Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. nu. 6. ad fin. & Caldas Pereyra, ubi supra, dicto numero 1. in versiculo, si denique.

11 Ubi quod dicitur possessor bonae fidei, ubi nescivit rem minoris esse, & quod si id fecerit, & sine decreto eam emerit, iudicatur male fidei possessor, ut fructus cogatur restituere, nec usufructu conditionem habeat, ut in lege 1. C. si quis ignor. Eandem resolutionem in emtore rei ecclesiae vel minoris omittis juris solemnitatibus, ut utentur omnes fructus restituere, jure late probat, & sequitur plures allegans, ut veriore, & crebriorem Octavianus Clari in decisione Pedemont. 159. numero 1. & 2. & 10. ad finem, quem nos retulimus, & sequitur Iovinus, consilio 18. numero 71. sed intelligi debet in emtore male fidei, secus si fidei bona fidei per supra dicit.

12 Et industrialis quoque fructus in hac specie ab emtore male fidei restitendi quoque sunt, in quantum possessor factus sit locupletior, licet consensu sint, secundum Covarr. in dicto capite 3. numero 6. ad finem, ubi, quod neque dilectum ipse aliquid consensu in specie dicitur. C. si quis ignor. an. is, a quo fundus evincitur, sit primus, qui a minore emit, an qui ab hoc emtore minoris emerit. Utrumque enim par ratione teneri ad fructum restitutionem existimant, quamvis Carolus Mohin. in consuetudine Paris. §. 22. numero 54. conatus fuerit, maximam inter has differentiam adnotare, de qua per eum ibi, quom sententiam Covarr. videri intelligi, data mala fide emitoris, alias secus, ut in lege, bona fidei 45. in principio, & 50. incipit nec inter est, ff. de acquir. rer. dom. quam ad hoc citat decisio, Pedemont. ubi supra, num. 15.

14 Error tamen juris bonam fidem producit, sufficiens que est ad acquisitionem fructuum rei minoris, vel alterius ex titulo minus legitimo, quia titulus nullus, vel putativus error juris, etiam in titulo causatus, bonam fidem producit, quia ad praescribendum sufficit, ubi titulus non est ad praescriptionem necessarius, ut in lege igitur, §. potest, ff. de liber. auct. & in capite per venit, de emt. & vendit. ubi Inol. column. 2. in versiculo, stem nota, quia licet error: & Burzio etiam ibi, quem refert, & sequitur Felinus in capite de quartis, numero 34. de prescrip. & in capite cum contingat, numero 3. de prescrip. idem tenet Bartolus in lege Celsus, numero 17. versiculo de ergo, ubi etiam Paulus de astro column. 1. ff. de usufruct. & in consilio 42. columna penultima, libro 2. sequitur D. Covarr. in reg. possessor. in 7. parte, §. 7. num. 5. versic. 2. concels. & Rabens, consil. 75. num. 4. ubi post Bald. Barbar. Alex. & Jaf. concludit, ex iustis causis inducti bonam fidem, dicens hanc esse communem opinionem, prout eos refert, & sequitur decisio Pedemont. supra citata, nu. 5. dicens, etiam esse hanc communem conclusionem, & quod licet ad praescribendum dubitabilis sit, atamen quoad fructuum acquisitionem indubie dicitur procedere, secundum Inol. in cap. fin. colum. 4. de prescrip. & alios, quos ibi refert bene id probans, estque etiam communis, ut plures allegans affirmat Doctor Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 3.

15 Hocque si multo magis verum esse, ubi cum errore juris admixtus quoque esset error facti: tunc enim error juris bonam fidem produceret, non modo sufficientem ad fructuum acquisitionem, sed etiam ad praescriptionem, Bald. in dicta lege Celsus, in quarto notabili, numero 22. post alios quos refert, & Covarr. in dicto libro 1. variar. resolut. cap. 1. numero 8. versic. potest etiam, & dicta decisione Pedemontana 159. numero 9. ad finem, ubi num. 10. hoc limitari existimat in emtore rei minoris, viro prudenti, & sagaci, quia is non excusatur a fructibus ob bonam fidem ex errore juris causatam, secundum Azzarin. consilio 17. columna 8. versiculo praeterea, alia ratio-

ne, & Grammat. decisione septuagesima septima, numero 7. & 8.

Hinc moderni ¶ Paril. in consil. Paris. §. 22. numero 72. dicunt, excusari emtorem a vera mala fide, si ad hunc verisimiles conjecturae ignorantiae juris ex qualitate emitoris, aut ex qualitate venditoris, quia erat forte vicinus atati majoris extra tutelam, & curam, & forte uxoratus, qui industrialis suus per se exercebat, lege 1. qui ad vers. vend. veniam atatis imperator. & non apparet in aliqua circumventionem, vel fraude procedente ab emtore. His namque, vel aliquibus ex his, aut aliis similibus concurrerit bonus iudex estimare potest, emtorem caruisse dolo, & mala fide, quamvis in iure erraverit, & ipsius sacramento stare, & sic non condemnabit eum ad fructus, nisi post litem contestatam, maxime si fidei persona fide digna, sequitur Bald. in dicta lege Celsus, numero 22. §. in fine, ff. de usufruct. quos refert, & sequitur decisio Pedemontana praedicta 159. numero 10. ubi, quod si non sit persona fide digna, tunc probatur error juris ex qualitate facti, & personam iuxta practicum, quam tradit Bartol. in l. non fatetur, numero 12. ff. de consil.

Sed & quod ¶ praediximus, errorem juris bonam fidem producere, quoad acquisitionem fructuum, procedere velim intelligas in titulo causato ex errore juris non restitenti, nec assentienti: secus vero in errore juris expresse restitenti actui five contractui, quia talis titulus non causat bonam fidem, sed potius malam, & ideo errans tenetur ad fructus, ut in lege 1. C. de fide instrum. torum, & iure balth. fiscal. lib. 10. & l. quem admodum, C. de agricolis & censuris, libro 11. Ita notabiliter declarat Bartol. sic intelligens praed. iura & cap. qui contra iura, de regulis juris, in l. sed si lege, §. serv. numero 4. ff. de petitione hereditatis, quem refert & sequitur Fel. in cap. cum causam numero 27. de re iudicata, post alios quos citat, & Parisius in cap. si diligenti, numero 27. de prescrip. ubi limitat non procedere in persona simplicis, vel quando ius esset dubium: Et quod talis titulus non sit sufficiens ad acquisitionem fructuum, est etiam textus in lege jubemus, §. sane et l. C. de sacrosancta Eccles. & in dicta lege 1. C. de fide instrumentorum, & in cap. si quis presbyterorum, de rebus Ecclesiae, non alienandis, eandem doctrinam Bartol. sequuntur plures relati per Doct. Covarr. in dicto lib. 1. variar. resolut. cap. 3. ubi proficitur, eam esse communem quam etiam sequitur, late eam iure probans, & alios allegans d. decisio, Pedemont. 159. numero 11. cum sequentibus, ubi specificat in emtione rei minoris, non solenniter facta, quia lex ei expresse restitit, eamque irritam declarat, ut in dict. l. lex, quae tutoris, C. de admistr. tut. & supra latius respicitur, & ita procul dubio censetur tenendum, tametsi glossa in dict. leg. 2. versiculo si non bona fide, C. si quis ignorans rem min. & c. contrarium teneat in his terminis rei minoris emtoris errantis in iure, ob solemnitates non servatas, quod faciat fructus suos, quibus ibi commendat Baldus & Salycetus, & est similis in lege, quae unquam, §. final. in gloss. final. ff. de publican. rem act. eandem etiam notabilem dicit Jafon. in lege prima, §. si vir, numero 22. ff. de acquir. endis possessione Curtius Senior, dicto consilio 72. columna sexta, in fine post Ioannem de Platea in lege 1. quartus notabilis, C. de praed. decur. non alien. libro 10. & Laurentius de Rodulph. in repetitione capiti, sine, 12. quae in penult. quae, quos in hoc citat, non tamen sequitur decisio Pedemont. praed. 159. n. 8. sed veritorem esse existimat D. Covarr. dicta libri 1. variar. resolut. capite 3. numero 8. addens pro ca Innoc. Anchar. & Ino. d. c. ad nostram, de rebus Ecclesiae non alien. & conatur respondere iuribus in contrarium adductis, ut procedat & intelligantur, & locum habeant, cum possessor male fidei fructus percipit, sed d. i. iura absq; ulla huius rei distinctione loquantur, ut fatetur ibidem ipse Covarr. profecto

non video, qualiter hic intellectus gravissimi viri subsistere possit: Nec obest, quod sit ab omnibus receptum, bonam fidem ex juris errore ortum sufficere ad fructuum acquisitionem, cum haec recepta sententia procedat tantum in errore juris non restitenti, nec assentienti: secus vero in errore juris expresse restitenti actui, vel contractui: quia talis titulus non causat bonam fidem, sed potius malam, & ideo merito talis errans tenetur ad fructus, ut bene probat nostra communis sententia, quam defendimus ad vers. gloss. & sequaces.

18 Nec ¶ placet distinctio quorundam in proposito intelligentium, praedictam communem sententiam ut procedat, quando ius tamen ut rem prohibet regulariter alienari, sicut in prohibitione alienationis rerum ecclesiae contingit, ut in dicto capite si quis presbyterorum, & in decisione dictae legis quem admodum, G. de agricol. & consil. libro 10. cum similibus, ubi ubi ubi ius restitit, perimitit tamen rerum alienationem certis adhibitis solemnitatibus: sicut apparet in alienatione rerum minoris: item in donatione inter virum, & uxorem, citat tenet Aret. in leg. quod uxori, ff. de acq. possid. Cur. dict. consil. 72. num. 8. ex gloss. in dict. l. C. si quis sign. rem. minor. Utrouque namque casu restitit contractui, & tandem res est alienari prohibita ex juris regula, nisi alienetur eo modo, quo ius statutum est: Constat etenim alienationem rerum minoris factam absque iuris civilis solemnitatibus irritam esse ipso iure, ut supra probavimus, sicut rerum Ecclesiae, inter quarum rerum alienationem certis adhibitis solemnitatibus: Et ita merito praedictam distinctionem impugnavit D. Covarr. dicto libri 1. cap. 3. num. 8. versiculo ceterum opinio.

19 Illud tamen ¶ observatio dignissimum censio in proposito, quod minor, vel alius debitor, qui bona non servatis servandis alienata cum fructibus recuperat, vel petit, sive vendicat, tenetur pretium solum, si convertum fuerit in ipsius utilitatem, vel pecuniam debitam, cum legitimo interesse restitueret creditoris, omnia dispositione, alias per doli exceptionem repellit potest, ex textu in lege praedictorum, & in lege inter 1. & lege §. praedictum 16. C. de praed. & alius rebus minor, qui text. loquuntur in minoribus vendicantibus praedia sua alienata extra decretum iudicis. Tenentur namque, si eis opponatur, forem vel pretium cum usuris restitueret: item & sanctus meliorat praedicti, ut in dictis iuribus, & ibi Doctores, Et hoc, si pretium verum sit in utilitatem minoris, alias secus, ut ibidem expresse probatur, & tenet alios allegans Rolandinus a Valle consilio 60. numero 38. libro 4. Et in hac causa solutio habere potest aequitas, leg. curavit, C. de act. cont. quam ad hos terminos citat Franciscus March. decisione 21. in fine, quem refert & sequitur Rebuff. de restitutions, articulo 1. glossa 3. numero 31. & decisione Pedemont. praedicta 159. numero 16. ubi numero 13. refert ita condemnasse senatum in specie, de qua ibi nempe, declaratis actis exequutionis nullis, condemnavit possessorem conventum ad restitutionem bonorum cum fructibus a die traditionis, auctore prius solvente quantitate debitam cum legitimo interesse, quod cum fructibus facti omnium liquidatione proportionabiliter compensari mandavit, sequutus ea, quae scribit Jafon. in §. aditionum, numero 137. cum sequentibus, de action. id. quod observant, & iubere solent iudices superiores in his Regnis, cavendo censum annuatim solvi ad respectum quatuordecim pro militario, & compensari cum fructibus, secundum Doctorem Azon. de 20. leg. finalis, numero 127. titulo 21. libro 4. novae editionis Regiae: Ex quibus in utroque casu remanet probata nostra praefata observatio, nempe, in minoribus vendicantibus res suas immobiles absque decreto iudicis alienatas, & in aliis debitoribus petentibus res a se

per exsequutionem perperam, & absque juris solemnitatibus sublatis cum fructibus. Utrisque enim hoc peccantibus opponi potest per emtores vel creditores doli mali exceptio pro solutione pretii soluti, converti in utilitatem minoris, vel debitoris cum usuris, hoc est, inter esse licito, & sumibus meliorum mentorum, & quod hoc solvatur ante omnia, & iubetur cum fructibus praedictis compensari, & eorum liquidationem fieri: Quod procedit, quoties alienatio, vel exsequutio est nulla: tunc enim, ut vidimus bona sic alienata capta, iubentur restitui cum fructibus soluto debito, cum interesse praedictorum ante omnia, & compensando tamen cum praedictis fructibus: Secus vero si quoties exsequutio est valida, & pro tali confirmatur per iudices superiores, licet ibi ex gratia solent in eadem sententia iudicare, quod solvenda debitorum debitum, pro quo exsequutio fuit facta, cum expensis ei restituantur bona capta, quia tunc restitutum non sit, cum ex gratia potius, quam ex rigore iustitiae haec sententia feratur, ut probavimus lib. 2. praed. quae, 161. num. 2.

Sed ad hoc ¶ ut superiora procedant, requiritur necessarium, quod opponatur de pretio non soluto, & sic intelligitur parte opponente, ex his, quae notat Jafon dicto §. actio, nu. 124. & §. ff. Inst. de action. post alios, quos refert, & Dec. consil. 19. num. 1. & consil. 298. num. 2. afflic. decis. 229. num. 4. & 7. Et hoc est, crebrius sententia, secundum Octavianum Cacher. d. decisio, Pedemont. 159. num. 17. ubi dicitur, fuisse concludum, audiri posse actorem, si de pretio non soluto non opponatur: Et de praedictis late egimus lib. 4. praedictarum quaestionum, ad fin.

Secundo ¶ principalis ampliat conclusio, nostrae l. Regiae 18. tit. 16. part. 6. cum similibus, ut procedat etiam in patre tutore vel curatore filii emancipati: adhuc enim is pater non potest esse immobilis filii alienare sine decreto, & licentia pretoris in casibus a iure permissis, ut in l. si pupillorum, §. si pater, ff. de reb. eorum, & ibi notant Bar. Bal. & communiter Da. text. in l. cum emantipatis, C. de praed. min. & ibi Da. est communis sententia, secundum Ant. Gom. d. 2. tom. cap. 16. de restit. min. num. 13. in vers. quod primo extendit, & eandem in l. 4. Taur. nu. 18. ubi: Secundo quae eo casu, sequitur plures refert, in l. an. l. in 3. part. n. 21. C. de bon. mat. & Cal. Percy. ubi supra, pag. 145. in fin. & col. 2. in fin. & col. sequenti primo.

Non tamen procedit in patre legitimo administratore filii sui fam. Hic namque pater ex aucta iusta, & necessaria, & a iure permissa potest vendere & alienare rem immobilem sui filii minoris 25. annor. absque decreto & auctoritate iudicis, secundum Ant. 10. sum. C. de bon. quae lib. num. 11. cuius opinionem plures allegans D. Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 8. n. 6. & Arrias Pinel. ubi supra, ubi eam dicit esse reprobissimam, & quod secund. eam iudicatum vidit, & licet in seq. fundet opinionem contrariam Salyc. & aliorum, quos ibi citat, nihilominus tam en. 22. dicit, quod a communis sententia non recedit, eamque defendit atque probat. Eandem plures referens sequitur Cald. ubi supra, n. 5. vers. fin. ante dicens, quod licet haec sententia Azonis communis sit, & ab ea in iudicando non sit recedendum, contrarium verius videtur ex iuris principis cum Joa. Crot. in l. si pater a pater, n. 22. ff. de condand. & Ant. Gom. ubi supra, & quod ita in illo Regno Portugalliae videtur iudicatum attentat l. Reg. iuris contra Azon. sicut in Burgund. affirmat Casanensis in consuet. Burgund. ubi supra, n. 4. & tandem Caldas ubi supra, in vers. an. ff. inquit, quod si quis alienentia Azon. & communi recedere non audeat, intelligenda est, quando pater, imminente & re

alieno, aut alia simili urgente causa alienavit, ac vendidit. Nam si voluntarie vendidit, nihil ager, & hanc causam probare debet emtor, secunda. Pinel. ubi sup. num. 23. ubi quod in hoc non est standum relationi patris, alienantis ex causa necessaria pro solvendo debitis alienantis, quam sententiam verisimiliam arbitratur Caldas ibidem. Cautius tamen erit emtori, ut decretum iudicis interveniat ad fugiendas opiniones.

23 Tertio ampliat, ut neque etiam res minoris immobilis in emphyteusim dari possint sine decreto, & debita iuris solemnitate, l. cum, C. de praed. min. l. scilicet pecunia, §. si sit, ff. de reb. eorum, Abbas in cap. nulli, de rebus Eccles. non alien. Alexand. consil. 46. lib. 3. Antonius Gomez, secundo tom. cap. 14. num. 14. in vers. 7. & Molina Theologus de iustitia & iure, l. part. 2. tract. dispensat. 224. colam. 1391. vers. iudicis decretum est in emphyteusim, & constitutionem usufructus in proprio praedio, aut ad alienandum usufructum minoris constitutum in alieno praedio: Etidem de quavis alia servitute reali, lege, sed si pecunia, §. si sit, cum sequenti ff. de reb. eorum, & leg. ult. C. de reb. alien. non alien. Etia quoque res libelloria, secundum Paris, consil. 85. num. 6. 7. 8. 9. 12. & 25. volum. 3. Menoch. consil. 29. num. 17. volum. 1. & hos referens Caldas ubi sup. num. 3. pag. 1145. col. 2. ubi quod neque redditus annuos super bonis suis potest constituere, quoniam hi inter immobilia connumerantur, de quo alibi legitur, an scilicet inter immobilia connumerentur. Nihilominus tamen, quicquid sit in hoc, hanc ultimam ampliationem de redditibus annuis non constituendis sine decreto praetoris à minoribus, vel eorum curatoribus proba. Addit Paris, dicit, num. 9. & Alvar Valas de iure emphyteusim, §. 35. num. 3. quod neque de converso minor potest accipere praedium ad libellum sine debita solemnitate, quibus suffragatur text. in lege 1. §. si, cum leg. sequenti, ff. de reb. eorum. Sed contrarium in hoc verus esse probat Cald. ubi supra dicit, num. 3. quia cum causa sit lucrativa, nihil obstat, quominus minor in emphyteusim pretium accipere possit sine decreto, quamvis si laeserit, poterit restituere in quam partem inclinat Alva, Valas. dicit, quast. 35. num. 4. & 5. & libenter amplectitur Caldas, ubi sup.

24 Quarto ampliat, ut neque etiam res minoris immobilis in emphyteusim dari possint sine decreto, & debita iuris solemnitate, l. cum, C. de praed. min. l. scilicet pecunia, §. si sit, ff. de reb. eorum, Abbas in cap. nulli, de rebus Eccles. non alien. Alexand. consil. 46. lib. 3. Antonius Gomez, secundo tom. cap. 14. num. 14. in vers. 7. & Molina Theologus de iustitia & iure, l. part. 2. tract. dispensat. 224. colam. 1391. vers. iudicis decretum est in emphyteusim, & constitutionem usufructus in proprio praedio, aut ad alienandum usufructum minoris constitutum in alieno praedio: Etidem de quavis alia servitute reali, lege, sed si pecunia, §. si sit, cum sequenti ff. de reb. eorum, & leg. ult. C. de reb. alien. non alien. Etia quoque res libelloria, secundum Paris, consil. 85. num. 6. 7. 8. 9. 12. & 25. volum. 3. Menoch. consil. 29. num. 17. volum. 1. & hos referens Caldas ubi sup. num. 3. pag. 1145. col. 2. ubi quod neque redditus annuos super bonis suis potest constituere, quoniam hi inter immobilia connumerantur, de quo alibi legitur, an scilicet inter immobilia connumerentur. Nihilominus tamen, quicquid sit in hoc, hanc ultimam ampliationem de redditibus annuis non constituendis sine decreto praetoris à minoribus, vel eorum curatoribus proba. Addit Paris, dicit, num. 9. & Alvar Valas de iure emphyteusim, §. 35. num. 3. quod neque de converso minor potest accipere praedium ad libellum sine debita solemnitate, quibus suffragatur text. in lege 1. §. si, cum leg. sequenti, ff. de reb. eorum. Sed contrarium in hoc verus esse probat Cald. ubi supra dicit, num. 3. quia cum causa sit lucrativa, nihil obstat, quominus minor in emphyteusim pretium accipere possit sine decreto, quamvis si laeserit, poterit restituere in quam partem inclinat Alva, Valas. dicit, quast. 35. num. 4. & 5. & libenter amplectitur Caldas, ubi sup.

25 Quinto ampliat, ut curator quoque furiosus praedium, seu alia bona immobilia absque decreto alienare non possit l. 2. C. de curator. furiosus, l. interdum, §. qui tutelam ff. de fur. l. ab agnato, & l. ult. ff. de curat. furiosus.

26 Sexto ampliat, ut non modo decretum sit necessarium, quando venditur res, cuius minor est verus dominus, sed etiam, quando est quasi dominus, l. magis putatio, §. si pupillus ff. de reb. eorum, ubi glof. Bar. Ab. & alii communem firman. Ant. Gom. 2. tom. C. 19. de restit. min. ante num. 14. & alios referens Caldas ubi sup. num. 6.

27 Septimo ampliat, ut neque res immobilis minori possit remitti absque decreto, neque edictio, quam minor habet ad rem, quae de actione idem est iudicandum, quod de ipsa met, per text. in l. si ad resolvendam, C. de praed. minor. Ant. Gom. dicens communem, d. n. 14. & alios allegans Caldas ubi sup. n. 7. Cr. Lop. in d. l. 18. tit. 16. p. 6. in q. 1.

28 Octavo ampliat, ut praefata regula in omni alienatione, unde permutati res minoris absque decreto non potest, nisi in non solum, C. de praed. min. neque hereditatem dividere minor absque decreto potest, l. cum pater, §. hereditatem, ff. de legat. 2. neque locare ad longum tempus, l. sed si pecunia, §. si sit, ff. de reb. eorum, neque transigere, sine decreto, d. l. non solum & l. cum in §. transactio, ff. de transactio, nisi ex transactione res esset apud minorem remanitura,

las in l. 2. n. 4. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris, Pinel. in leg. 1. 3. parte, C. de bon. mater. n. 40. Cald. ubi sup. neque compromissum à minore vel eius tutore, & curatore fieri potest super re immobili absque decreto iudicis, quia est quaedam transactio, l. non distinguemus, §. Julianus, ff. de arbit. & ibi Bart. & communiter Dd. & in terminis ita tenet Baldus in l. 1. num. 3. C. si ad verum sum transacti, quem sequitur Ant. Gom. d. cap. 14. num. 14. & 15. Id verum intelligeas, quando virtute transactionis minor redderet alteri rem immobilem: secus vero si ipse retineret eam data pecunia ad verum, quia valet sine decreto, iuxta glof. in l. 2. de offic. eius, & c. quam ibi ad hoc summe notat, & commendat Bart. & communiter Dd. sequitur alios allegans Cald. ubi sup. pag. 1147. sub n. 7. vers. 4. & vers. 5. & superiora sequitur Molina Theologus ubi supra.

Ex quo sequitur, ut quod super re, quae potest alienari sine decreto, bene valet & tenet compromissum absque decreto, si fiat cum tutore vel curatoris auctoritate, glof. finali, in principio, in lege 1. C. si ad verum sum transacti, loquens in transactione, quam legitur ibi Bartol. Baldus, Salyet. & ceteri, & inquit Baldus hoc procedere etiam in compromisso, & Molin. Theol. de iustitia & iure, l. part. in 2. tractat. dispensatione 224. column. 1391. vers. iudicis decretum.

Eo tamen casu, ut quod valet compromissum absque decreto praetoris, si minor ex eo laedatur, poterit in integrum restitui, secundum Anton. Gomez, dicit, 2. tom. C. 14. de restit. min. num. 1. in fin.

Tutor autem, ut vel curator in claris compromissum, & transactionem facere non potest: si autem tutor, si non fecerit prius solemniter, sed tantum id facere poterit absque solemnitate in casu dubio, ut per Caval. de tutor. & curator. num. 55. cum sequent.

Sed an pater, ut legitimus administrator filii compromittere possit, vel transigere super aduentibus filii, agit latissime Arias Pinel in l. 3. part. num. 44. cum seqq. C. de bon. mater.

Nono, ut regul. praedicta principalis nostrae l. 18. tit. 16. part. 6. ampliat, ut procedat, etiam si alienatio esset evidenter utilis minori, ut puta fundi sterilis, si fundus, ff. de reb. eorum, l. magis putatio, §. si sit alienum, ff. eod. tit. glof. in dict. leg. si fundus, verb. movere, & in glof. ab alienatione, C. de praed. min. glof. 1. ibi, quod non placet, quem opinionem excepto Angel. & paucis quibusdam ceteri omnes sequuntur, secundum Joann. Orosc. in leg. 2. num. 10. ff. de officio eius, & dicit communem Jaso. ibi, num. 9. & eam defendit Marthaeus de Afflicis decif. 27. dicens secundum eam nemine discrepare fuisse iudicatum, sequitur etiam Caldas, ubi supra, num. 14. pag. 1154. column. 1. vers. scilicet, quae tamen, ubi agit de restituti Ecclesiae, sequitur plures referens Petrus Surdus in tract. de aliment. tit. 8. privileg. 65. num. 1. pag. 299. pulcre Capicij decisio. 113. concludens, majorem partem dominorum fuisse in ea sententia, quod venditio non esset confirmanda Redoan. in tract. de reb. Ecclesiae, non alien. in rubr. de constit. annui census, num. 31. folio 103. Foller. in pract. censual. §. si in istis modi, num. 40. fol. 133.

Unde licet, ut quod pupillus famelaborat, possint vendi bona sua pro eo alendo, iuxta glofam primam, in lege ob as, C. de praed. min. argumenta leg. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, & illam glof. dicit esse notandam Bart. in authent. res, quae circa finem, C. communia de legat. & communiter approbatam Padilla ubi numero 87. & alios allegans Petrus ubi supra, numero 2. nihilominus tamen adhuc erit necessarium iudicis decretum, ut late probat, ubi Surdus, & in numero 3. hoc intelligit, quando necessitas patitur iuris solemnitates servari, secus si ad urgeat, ut non patiat dilacionem, aut moram: Et ita est tenendum, tamen si glofa in dicta lege secundum, verb. vana, cognita, in fine, ff. de officio eius, contrarium

rium velit indistincte, imo quod fundus sterilis possit vendi sine decreto, quem sequitur Curt. Junior. ubi n. 12. post Angel. & Martin. Laud. sed non est vera per suadenda, & communiter reprobatur, secundum Paul. de Castr. ubi num. 1.

Decimo ampliat eadem iuris regula, ut neque res immobilis minoris hypothecari possint sine decreto iudicis, ut in l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de reb. eorum, ubi, quod si de rebus alienandis vel obligandis pupilli praedictum: ubi, si pupillus dederit res pignori permissa praetoris, & paulo post, ubi, si pater tutor sit alicui ex liberis, an prator ad eum sit, si obligare velit: & magis est, ut debeat, & in vers. sequenti, ubi si prator tutoribus permittit vendere: & illi obligaverit, vel contra, an valeat, quod actum est, & mea sententia, cum, qui aliquid fecit, quam quod a pratore decretum est, nihil egisset, leg. penultima, C. de his, qui veniam etat. impetra. & tenent Antonius Gomez, 2. tom. cap. 14. num. decimo quarto, & Gregorius Lopez, in lege quarta, tit. 5. part. 5. in verb. enagenar las cosas, & alii Doctores communiter secundum Mol. Theologum, de iustitia & iure, l. part. tractat. 2. dispensation. 224. col. 1391. vers. iudicis decretum.

Quo nedum, ut procedere videtur, quando minor hypothecare rem simpliciter suam, sed etiam eam, quam emit, pretium non solvit. Pro eius namque solutione hypotheca non tenebit, quamvis eo pacto à venditore res sit vendita, & tradita, iuxta textum in l. 1. §. si minor, ff. de reb. eorum, cuius verba haec sunt: si minor 25. annis emerit praedia, & pretium solverit, essent pignora obligata venditori, non puto pignus valere, cum ubi dominium quatuor est minori, capere non posse obligari, per quem textum ita in terminis tenet & late probat Caldas, ubi supra, pag. 1148. Et procedit textus ille, si ipse minor, si ve etiam eius tutor sit, qui emit nomine tantum minoris, secundum Goz. ad consil. 18.

Cuius textus decisio sic intellecta mirabilis quidem & peregrina est, ad complures iuris regulas, ut ex Cumaniano, Tiraqueo, & Pinel referit Caldas, ubi supra, adeo, ut pro solutione & intellectu Cumanus crederet, textum illum loqui, quando illud pactum fuerit appositum, ex postfacto alioque ex intervallo, quam sententiam coloratam dicit Alciatus in leg. si pecunia, ad finem, §. si cert. pet. sed nihilominus improbat hunc intellectum Caldas, quia textus literam violat, & licet in se verus sit, quoad illum tamen text. nullatenus convenit: siquidem loquitur eo casu, quo in ipso contractu venditionis fuit reservata hypotheca, secundum Pinel. quem refert & sequitur, ut praediximus.

Quare tenendo hanc subampliationem huius decimae ampliationis Cald. ubi supra, in vers. scilicet, nobis vero, iudicat Iurisc. consulti decisionem sic intellecta potius subtilem, quam rigorosam, & quod fundatur in iuris principis vulgarissimis. Nam si tempus, quo res venditur, consideratur, pignoris obligatio contrahi non potuit ante rei traditionem, quoniam eo tempore vendens adhaerere dominus rei, quae sibi obligari nequivit, ut in l. neg. pignus, ff. de reg. iur. l. vero consideretur tempus, quo res sit minori data, & sic quando iam erat in eum translatum dominium, pariter pignus teneri non potuit, quare minorum, si eum alienari, ita neque hypothecari possunt sine decreto, ut probavimus sup. Ergo non est mirum, neque rigorosum (inquit Caldas) quod illo casu respondeat Iurisc. consultus Vlpianus, nullam contrahi hypothecam.

Sed quicquid dicat Caldas, ego teneo contra eius intellectum, ad textum in d. §. si minor, nec non etiam contra suam subampliationem, & sic, quod hypotheca pro solutione pretii rei immobilis reservata, ex pacto venditoris tempore venditionis & traditionis iudicem rei facta in favorem minoris, vel tutoris, aut curatoris, e-

ius nomine teneat, optimoque iure valet, argumento text. in leg. licet, C. qui pot. in pig. hab. eius confirmat. l. 30. tit. 13. part. 5. & eorum, quae diximus in nostra supra iuris allegatione, tum etiam, quia tempore traditionis rei sui potest quis apponere, quaeunque pacta, & conditiones, iuri non repugnantia, in tempus futurum, quo sua esse desierit, ut transeat cum illo onere, iuxta ea, quae adduximus consil. 1. & 2.

Tertio, hac eadem nostra sententia efficaciter comprobatur ex late adductis per eundem Cald. ubi sup. d. n. 9. vers. 2. unde inferitur usque ad finem d. n. 9. pagin. 1148. ad fin. cum sequenti, ubi pluribus hinc inde adductis resolvit eum veriori & aequiori sententia plurium contra alios.

Quod licet minor, si five eius tutor, immobilis sine decreto alienare non possint, neque rarius tutor vel curator possit facere pactum de retrovendendo rem immobilem ab illis emtam ex intervallo, ut in d. l. si, ad resolvendam, C. de praed. min. iuncta glof. & tradit. Iustine Tiraqueo, de retract. contract. ad finem d. n. 1. in iplo tamen contractu possunt pactum de retrovendendo, & aliud pactum apponere, ut in leg. contra 3. §. si filius militis, ff. de pact. tr. adit. copiose Tiraqueo, ubi supra, n. 2. & comprobat Laillart. de decim. vendit. in addition. ad c. 14. n. 40. tit. 35. col. 1. m. 2. per quem textum idem in prelato ecclesiae, vel alio admilitatore resolvit, folio 33. 4.

Similiter etiam adducit Caldas, quod magis communis sententia, in cap. verum, de foro compet. contra Innocent. videm habet, & quod valet pactum resolutivum contractus contra ecclesiam, vel minorem ementem, secundum Pinel, in l. 3. part. num. 53. fol. 111. column. 1. post medium, cum seq. C. de bon. mater. Si haec igitur ita habent, quae ratio quae lo differentiae assignari potest in proposito inter hypothecam rei emtae tempore venditionis, & traditionis, eiusdem rei constitutam, & inter partes conventam pro securitate resolutionis pretii, & pactum de retrovendendo, pro resolutivum contractus eodem tempore appositum & conventum, quare hypotheca sine decreto non valet, cetera vero pacta iure subsistant? nulla proflus. Non igitur recedit de pretio, textum in d. l. 1. §. si minor, ff. de reb. eorum, loquentem in hypotheca, esse limitandum in pacto retro resolutivum, vel simili, ut hoc valet sine decreto hypotheca retro non. Quinimo utrumque proculdubio valet, dummodo tempore venditionis & traditionis rei apponatur, quando quidem iuri non repugnat, (ut inferitur ibidem Caldas) quod quis rem suam cum vendit, legem pacti apponat ad libitum, dummodo bonis moribus non repugnet, ut in l. pacta, & in l. leg. C. de pact. cum vulg. test. ubi notans omnes in l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. Quamobrem cum super re mea postum apponere pacta & legem mihi placitam, circa cuiusdem rei revocationem non est mirum, quod minor emens, remaneat illa lege contractus & pactis obligatus, antequam sit effecta sua. Ergo idem servandum est in pignore, vel hypotheca à fortiori, siquidem minoris iudicis est hypotheca minori, quam pactum de retrovendendo, vel resolutivum contractus, ut patet evidenter. Ergo, & c. Nec Caldas contrarium dicens in pignore, vel hypotheca, ullam rationem redditus dicit, preflus auctoritate, vel potius difficultate, d. l. 1. §. si minor, intelligendo eum textum pacto hypothecae tempore venditionis, & traditionis ipsi rei immobilis constituitur iuxta suam opinionem. Quod quidem verum non est, sed falsum, ut statim dicemus. Ergo & differentia praedicta iure non procedit, sed in utroque casu dicendum est, pactum, tam hypothecae, quam retrovendendi, vel resolutivum contractus, tempore traditionis rei appositum, valere absque decreto, quoniam tunc nondum res effecta erat minoris, sed cum iplo pacto, vel hypotheca effecta fuit, & non alias, nec

alio modo. Ergo apponi potuit, & valet sine decreto, eo  
com, quod qui eam rem minori, vel eius tutori, vel cu-  
ratori vendidit, potuit eam non vendere. Ergo & simi-  
lari cum ea hypotheca vel pacto vendere: cum alter  
non vendidit, nisi hypotheca retineret. Aut igitur  
tota venditio non debet valere, quod minime est dicen-  
dum. Aut cum sua hypotheca omnino valere debet, ne  
fraus fiat venditori contra eius expressam voluntatem,  
& conditionem contracti appositam.

39 His igitur sic verissime constitutis, ac probatis, reli-  
quum est, ut dissolvamus difficultatem textus in dicta  
lege. §. si minor. ff. de rebus eorum, cuius verba supra cita-  
vimus, & quidem verus & literalis intellectus illius tex-  
tus est, quem supra retulimus ex Cumano & Alciato,  
nempe, loqui in pacto hypothecae appposito, ex post fa-  
cto, aliquo extorreo vallo, ut patet, abque ulla violatione  
litterae, ex illis verbis textus, ubi assignatur ratio scilicet:  
nam ubi dominium quæsitum est minori, cepit non  
posse obligari: ergo si dominium fuit quæsitum mino-  
ri, quod hypotheca facta dicta & constituta iam erat  
prius pareres vendita minori, vel eius tutori aut cura-  
tori tradita, nimirum ergo, quod minor dominus effe-  
ctus non possit rem illam obligare sine decreto, quia  
iam simpliciter, pure ac libere effecta erat sua: ex ratio-  
ne autem textus, alteriusve cuiusque dispositionis tan-  
quam animi ipsius intelligi & declarari debere eius præ-  
cedentem dispositionem, perspicuum in iure est. Id  
quod latissime probavimus lib. 3. pract. questio. questio.  
17. num. 78. cum pluribus sequentibus. Accedat etiam pro  
elucidatione huius veritatis talis consideratio, nempe,  
quod in precedenti decisione text. in d. §. si minor, nul-  
lum verbum reperitur, quo constet hypothecæ pactum  
appositum fuisse tempore venditionis, & traditionis  
rei, sed potius contrarium ab ordine litteræ, dum prius  
dicitur ibidem, si minor 25. annis emerit prædica, & postea  
(hoc est) facta iam venditione dicitur, & quoad pretium  
solverit, est pignori obligata venditori. Quod evidenter  
sic ex ratione itam assignata iam supra relata. scilicet,  
nam ubi dominium quæsitum est minori, cepit non  
posse obligari: ergo dominium quæsitum erat iam mi-  
nori, quando obligatio prædiorum fuit adiecta sive  
constituta. Quinimo à contrario sensu probat expresse  
text. ille, quod antequam dominium per traditionem  
rei quæritur, minori poterit obligatio & hypotheca iure  
optato constitui abque decreto, quia cum eo pacto  
& obligatione sibi quæritur dominium, & non alias, ne-  
que alio modo.

Sapere igitur, tantum abesse, quod textus ille pro-  
bet opinionem Caldas, ut potius sit expressus adversus  
eam, & in nostram favorem. Præterea remanet ex præ-  
dictis, quod textus ille conformis est sic literaliter in-  
tellectus omnibus aliis iuris regulis, non vero terribilis,  
neque rigorosus; cum in effectu probet, quod perfectio  
iam contractu ex post facto, obligatio, sive hypotheca,  
vel aliud pactum apponi non possit sine decreto, cum  
res fit iam minoris, vel Ecclesiæ, ut fatetur & alias iure  
probat Caldas, ubi supra, num. 9. ad fin. versio. que conclusio,  
dicens, hoc casu procedere & verum esse, quod dixit  
Cuman. intelligens in hac specie loqui d. §. si minor, quod  
ipse Cald. superius invenit. Est namque non solum  
verum, sed etiam verissimum & conforme litteræ, & ratio-  
ni dicti textus.

Non etiam obest consideratio duplicis temporis cu-  
iusdem Caldas supra adducta in contrarium, nempe  
temporis, quo res venditur, & quo fuit minori tradita.  
Nam est in utroque videatur obligationem prædictam  
constitui non posse, omisit considerare alterum me-  
dium tempus habile ille auctor, hoc est traditionis eius-  
dem rei, quo procedit iudicio, ut probavimus, quæcum-  
que pacta & leges bonis moribus non repugnantia ap-

poni possunt, & sic remanent dilata fundamenta  
contraria, & omnis difficultas pacata ac veritas illuci-  
data.

Vndecimo ꝑ principaliter ampliatur decisio nostræ  
40 l. 18. tit. 16. part. 6. ut procedat, etiam si minor non alienet  
de patrimonio; sed remittat, vel renuntiet, & deli-  
nat acquirere aliquam rem immobilem, in qua est sibi  
quæsitum dominium ipso iure ut legatum vel fideicom-  
missum sibi relictum, text. est in l. magis puro, §. fundus,  
ff. de rebus eorum, & ibi gloss. communiter Dd. Anto. Com.  
late 2. tom. variar. resolutio. cap. 14. num. 14. ubi solvit  
difficultatem text. in l. qui etiam, §. 1. ff. que in fraud. cre-  
dit. qui videatur contrarius, est etiam communis, se-  
cundum Mol. Theol. de iuris. ff. iur. 1. part. 2. tract. disp. 224.  
col. 1391. in princ. ubi quid, quando actio non debitum  
essent alternativa de re immobili, aut certa pecunia,  
providetur magis veli.

Duodecimo ꝑ eadem regula ampliatur, ut non mo-  
do procedat in bonis immobilibus, aliisque, que servan-  
do servari possunt, sed etiam in pecunia destinata ad emtionem immo-  
bilium.

Licet ꝑ enim pecunia regulariter sit de his rebus, que  
42 servando servari non possunt, ut inquit gl. in l. 1. §. 1. fuit  
quæsitum, verbo, necessariis, ff. ad Trebell. quam ibi sequuntur  
Dd. idem sentio gloss. & ibi Bartol. in l. inter dnm, ff. de  
cond. indeb. Bartol. in l. postest. pupillis, ff. de auctor. tut.  
refert plurimos Tiraquell. de iure quæretur, tit. 15. §. 1. gl.  
7. num. 103. cum sequentibus, ubi num. 105. inquit, quod hæc  
est communis sententia, & probat late alios allegans  
Caldas, ubi supra, num. 11. versicul. pecunia autem, pag. 1150.  
column. 1. ubi respondet d. l. lex que tutores, C. de ad-  
ministrat. tutorum, ubi, autem argentum que, & quic-  
quid verus statem temporis, ne obliet supradictis, scilicet,  
quia ibi loquitur quoad actualem & non fructuosam  
conservationem, sed ad hoc, quod pecunia afferat utili-  
tatem, secundum eam usum, ad quem destinata est, di-  
citur de rebus, que servando servari non possunt, ut o-  
mnes concludunt, ex quo non est necessarium decre-  
tum in eius distractione, secundum Roderic. Suarez. in  
tit. de las arras, num. 67. Est communis, secundum Tiraque-  
ll. ubi supra, num. 105. ubi refert plurimos, eosque sequitur Boer.  
decisio. 209. num. 4.

Attamen ꝑ quando pecunia est destinata ad emenda  
43 bona immobilia, reputatur immobilis, l. 3. §. quid ergo, ff.  
de contrar. & ut l. ut. actione, ubi ita dicitur. Quid ergo  
si de re pupillari non potuit sibi solvere, quia erat depo-  
sita ad prædiorum comparationem; siquidem non pos-  
tulavit à prætoribus, ut promatur pecunia, vel hoc minus  
deponatur, sibi imputet. Probat igitur expresse textus  
hic, quod pecunia destinata ad prædiorum emtionem,  
sine decreto non potest creditoribus satisfieri. Et sic alienari,  
per quem textum ita in terminis tenet, & probat ali-  
i; pluribus fundamentis Palat. Rub. in repet. ubi de do-  
nat. inter virum & uxorem, §. 38. num. 6. in fin. & refert  
quatuordecim auctores huius opinionis, Boerius decisio.  
209. num. 3. & plures citat Antonius Gabr. libr. 3. com-  
mun. opinio. conclusio. 12. de probat. sub num. 20. qui nu-  
meris sequentibus refert plures distinctiones diversorum  
auctorum in hoc. Idemque est, si pecunia magna si-  
quantitas, quæ ab immobilibus non differant, ut per  
Boer. ubi supra, & Greg. Lopez in l. 14. tit. 11. part. 4. gl. 2. & ad  
fin. ultra Palat. Rub. ubi supra eandem principalem con-  
clusionem ex dict. §. quid ergo, probatam tulerunt alii  
plures, quos refert Tiraquell. de iur. §. 1. gl. 7. num. 106.  
cum seqq. ubi ad idem citat text. in l. fidei, §. 1. ff. de legat.  
3. ubi probant, quod numi repositi, ut mutuo dentur, non  
comprehenduntur in legato mobilium, de cuius textus  
intellectu in 2. parte, dum loquitur & contrarium pro-  
bat in numis repositis prædicti causa, Plura adducit Cal-  
das,

44 dus, ubi supra, d. n. 11. per totum, ubi etiam plura cumulat in  
comprobationem superioris conclusionis, probat ex d.  
§. quid ergo, ad idem l. si fundus, ff. de legat. 3.

Hinc ꝑ Alberic. in 2. parte statim, quæst. 205. item quæro  
duas pulcras quæstiones scripsit, quod ex statuto dispo-  
nente, mulierem, quæ superflua est marito, ei succedere  
in dimidia parte bonorum immobilium, ea habere de-  
bet dimidiam partem eius pecuniæ, quæ deposita est ad  
comparationem prædiorum, per leg. & si non sint, §. quid  
erit, ff. de anr. & argent. lega. l. granaria, ff. de act. emr.  
quem sequi videtur Barbat. in Rubric. de reb. ecclæs. non  
alien. sub n. 192. in vers. & in quantum.

Verum ꝑ his omnibus non obstantibus ego contra-  
45 rium in eis, & verius & communius esse censeo, teneo,  
& proba, imo quod pecunia destinata ad comparanda  
bona immobilia non mutet qualiterem, neque substantiam  
pecuniæ, nec in mobilium naturam alliamat, & id-  
co abiq; decreto possit alienari. Idque sequentibus ratio-  
nibus & fundamentis.

46 Primo, ꝑ ex communi sententia supra relata, quæ ha-  
bet, pecuniam esse rem mobilem, & de his, que servan-  
do servari non possunt, quam vis amplectitur, licet  
contraria sit verior, ut inquit Caldas, ubi supra, dist. num.  
12. citans pro contraria Pinellus l. 1. in 2. parte, num. 42.  
C. de bon. matern. & Reminald. in §. 2. institut. quibus au-  
ena. licet, num. 7. cum sequentibus, sed communem sequitur  
& communem quoque profertur Mantice de conceit.  
ul. volent, libro 9. tit. 2. num. 2. fol. mibi 202. ad fin. & tit.  
3. num. 2. fol. 205. Vnde ꝑ etiam mobilibus legatis con-  
tinetur pecunia, etiam cambiis tradita, secundum Ariam  
Pinell. in d. l. 12. part. n. 44. ubi late restringit & declarat  
Mantic. d. tit. 3. n. 2.

48 Secundo, ꝑ quia pecunia etiam destinata ad emtionem  
prædiorum, vel reddituum, res mobilis censetur,  
secundum communem sententiam, quam connumeratis  
ex utroque latere Doctoribus profertur Boer. dicta  
decisione 209. num. 1. cum sequentibus, & f. s. supra in d.  
§. si sibi paravit, & cum eis Mantice, tit. 1. §. 3. num. 7. & re-  
fert alios Tiraquell. ubi supra, num. 108. & Mar. Socin. l. un.  
consilio 120. versio. non ubi stat modo, volumine 1. Anton.  
Gabriel, ubi supra, num. 20. in princ. limitat Mantice, ubi supra,  
num. 3. ut procedat, quando mobilia simpliciter, seu  
generaliter, sine certi loci adiectione sunt legata: secus si  
mobilia alicuius loci relicta sint, veluti domus, vel quæ  
sunt in domo: tunc namque non intelligitur legata pec-  
unia, quæ tenori vel negotiationi est parata, quoniam  
ibi est ad tempus, non causa prædicti, vel perpetua cus-  
todia, dist. leg. si fundus, & leg. si domus, §. 1. & leg. si ita le-  
gatum est, ff. de legat. 3. Eandem sententiam veriorum &  
communiorum arbitrat Caldas, ubi supra, num. 12. in  
princ.

49 Nec obstat illatio ꝑ opinio Alberic. de qua supra. quia  
contrarium voluerunt iac. Rabin. Rayn. Baldus, Angel.  
Imol. Florian. Alexand. Franc. Arret. & Ias. in dist. l. cetera,  
§. sed si paravit, ff. de legat. 1. nempe, eam pecuniam non  
haberi pro immobili, neque dimidiam eius partem uxori  
cedere, prout eos refert Tiraquell. ubi supra, num. 108.  
in quam sententiam sibi stipulatur Arretin text. in dist. l.  
3. §. quid ergo, qui est principale fundamentum prioris  
partis, ibi namque (inquit ipse) quod illa pecunia solo  
iussu iudicis potest in aliam causam converti, non tam-  
en requiritur in ea decretum iudicis, neque tota sole-  
mnitates, quæ in alienatione rei immobilis minoris,  
quem textum etiam pro hac parte citat Alexand. & alia  
media adducit, ut per Boer. decisio. 209. num. 3. & 4. ibi, certe  
imo in aliis, ubi etiam citat plures auctores tenentes con-  
tra Alberic. ubi supra, & contra eum tenet Caldas d. num. 12.  
vers. ceterum, et. i. citans alios, ultra quos idem probat &  
sequitur cum aliis Castellus in d. l. 1. Tit. in glo. la Rayz,  
dicens, quod si sit consecratus, quod mortua uxore mobi-

44 bilia spectent ad virum, & in mobilia ad heredes uxoris,  
& aliqua pecunia uxoris erat parata & deputata ad em-  
tionem prædiorum, nihilominus debetur marito,  
quia destinata non attenditur, neque habetur pro fa-  
cto: & ita merito quod non requiratur de re iudi-  
cis, nec alia solemnitas ad convertendum pecuniam pupi-  
lli, destinaram ad emtionem prædiorum in alios usus  
necessarios eiusdem, ut patet ex supra dictis, & tenet alio-  
sallegans Cald. ubi supra.

45 Modo non obstat ꝑ text. capitalis contrariæ partis,  
nempe d. l. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. & utili. act. quia re-  
spondemus ex. Primo, ut supra, nempe, quod ibi quia pec-  
unia pupilli erat destinata non solum, sed etiam depo-  
sita ad emtionem prædiorum, ut patet ex litera text. re-  
quiritur nullus dies, nisi cum ea possit satisfieri, de suo  
debito, neque sufficit autoritas sola iurisperit, ut de illa si-  
bi solvat, non tamen requiritur decretum, neque alia  
iuris solemnitates, alias ad alienationem immobilium  
minoris requiritur, cum text. ille hoc non desideret, neq;  
talibus pecunia etiam ad id deposita in manibus alienius  
sit, ut repetere res immobilis, ut patet, & tenent ter-  
minis Castellus, ubi supra.

46 Secundo potest responderi, quod ibi fuit illi pecunia  
à iudice vel patre minoris destinata & deposita ad em-  
tionem bonorum immobilium, id est, quæ solus tutor aut  
minor in alium usum illam sine decreto iudicis conver-  
tere non potuit, ita Caldas, ubi supra, d. num. 12. versio. ce-  
terum, et. 2. ubi, vel aliter & melius. Id, quod voluit prius  
Socin. consil. 249. materia, eodem modo, et. ca. quæ quæ,  
libro secundo, dum in ea est sententia, prout cum refert  
Tiraquell. ubi supra, dist. num. 105. ut is, qui destinavit huius-  
modi pecuniam ad emtionem prædiorum, possit nihil-  
ominus de ea disponere, & consequenter eam destina-  
tionem tollere, ut si, qui vult disponere de huiusmodi  
pecunia, non possit eam destinationem abolere: tunc  
debeat iudicari, ac si effectus immobilis, cum ita teneba-  
tur in rem immobilem convertere. Et ita intelligenda  
esse, inquit, dist. l. 3. §. quid ergo, & l. ad duo Pro. §. ul-  
timo, ff. de re iudic. ubi dicitur, & Labeo inquit, si testa-  
tor iusserit pecuniam converti in emtionem immobilium,  
non poterit heres contra hanc dispositionem vene-  
re, proindeque ea pecunia dicitur immobilis, Destinata  
ergo semel pecunia ad bonorum immobilium emtionem,  
non est, cor solus tutor aut pupillus possit illam ali-  
enare, vel in alium usum convertere abique iudicis li-  
centia vel decreto, cui incumbit animus detere, que res  
pupillo magis conveniat. Non ergo inde legitur,  
quod pecunia deputata ad emtionem prædiorum sit  
immobilis, nec ad eam alienandum requirit solemnita-  
tes iuris, sed tantum iussum vel licentiam iudicis, ut  
præ diximus. Quod in aliis casibus non erit dicendum,  
cum textus ille continet casum specialem in favorem  
minoris, ut patet expressè auctoribus, nisi quando à  
testatore fuit iussum, ut pecunia converteretur in  
emtionem immobilium, quia tunc heres non poterit  
contra hanc dispositionem venire, ut præ diximus ex d.  
l. ad duo Pro. §. ul.

47 Decimotertio ꝑ principaliter ampliatur decisio prin-  
cipalis nostræ l. Regia 18. tit. 16. part. 6. ut procedat, etiam  
ex causa dotis ipsius minoris. Adhuc namque res  
immobilis eius dationem dari non potest abique iudicis  
decreto, ut probat expresse ead. m. l. Reg. ibi: oportet cala-  
miento del mismo, iuncto velle ann. emtionem nolo pui. da  
fazer sin otorgamento del m. gador, & l. 14. tit. 11. p. 6. ibi  
Per o sitema que quis fize dar dote a su marido de casa que  
fuesse rayz, si ella fuesse menor de veynete cinco annos, nolo  
puede fazer por su marido, o velle guardar, a menos de lo  
fazer saber al m. de aquel lugar que se lo otorgo. Et de iure  
comuni idem probat gloss. in l. lex, que tutores, ver. b.  
vel in dotem, C. de administratione tut. & ibi communiter  
Docto-

Doctores, teste Gregorio Lopez, in dist. leg. 18, in gloss. del misine. Ita etiam voluit Iohannes, quem refert glossa, versio omnia bona, in l. nunc. C. si advers. dot. ubi facobin. dicit esse communem sententiam, teste Caldas, ubi sup. num. 13. ampliatore n. pagina 1133, ubi citat Roderic. Suarez. idem tenentem.

Nec etiam bona immobilia mulieris minoris 25. ann. dotem promittentis, possunt expresse obligari sine decreto iudicis, & cum curatore, nec tacite remanent hypothecata, ut probat & refolvit Antonius de Sano in tractatu de pignor. 4. memb. 2. part. n. 74. & 75. ubi quod respectu aliarum rerum, que alienari non sunt prohibita per minorem, potest puella minor se dotare moderate absque curatore & decreto, ut in l. 1. C. si advers. dot. & quod tunc in consequentiam orietur tacita hypotheca.

Idem est in donatione pp nuptias, ut in d. l. lex, que tutoris sibi, vel in donationem propter nuptias, l. si. C. si maior fact. & c. Est communis sententia, secundum Cald. ubi sup. Et quomvis Saly. in d. fina. & in l. pradia, C. de pred. non vult communem hanc ultimam sententiam hodie non esse tenendam, quia minor uxorem ducens tenetur donationem propter nuptias facere, aut ibi dos data, C. de donat. ante nupt. ubi gl. & d. quo casu, cum alienatio sit necessaria, inquit ipse, cessat decretum, ut in leg. 1. C. de pred. min. Hodie etiam hoc cessat, quia iure Regio ad id minime compellitur, ex quo Suarez. in tit. de las arvas. n. 61. cum segg. firmat, arbas hodie minorem non posse sponse proferre sine decreto: siquidem voluntaria sunt non necessaria, nisi illas constituat ex bonis, que servando servari nequeunt, refert & sequitur Cald. ubi supra.

Decimo quarto ampliat prafata regula, ut procedat etiam quando minor vel eius administrator vult alienare rem inobilem ad pias causas. Ita voluit Abb. in c. in presentia, de probat. n. 10. quem ibi defendit Dec. n. 33. Et est communis, verior, & communior opinio, secundum Cald. ubi sup. n. 13. pag. 1132. col. 2. ubi cum las. & Dec. fieri oportere dicit, non requiri decretum, quando minor ingreditur monasterium, tunc n. bona accessorie, non principaliter, alienantur, sed in consequentiam personam sequuntur, & proinde quasi alienatio legalis & necessaria decretum non exigit.

Sed quis iudex erit competens ad interpositionem decreti in predictis casibus, & aliis, quibus id necessarium sit, utrum iudex loci originis, an loci domicilii minoris, an potius loci, ubi res alienanda sita est? In quo resolvimus, quod si tutor aut curator datus a iudice loci domicilii, aut originis universalis sit, quia de omnibus bonis minoris datus est indifferenter, pertinebit interponere decretum ad iudicem loci originis, aut domicilii, & ad iudicem loci, in quo res est sita, & quicumque interponat, sufficit de prioribus duobus, nempe, iudicibus loci originis, & domicilii. Habetur in l. magis puto, §. si aliquid queri, ff. de reb. eorum. Quod varo spectet etiam ad iudicem loci, in quo res sita est, textus expresse in l. pradium, C. de pred. min. Consentit communis Doctorum sententia, quam refert & sequitur Anton. Gom. d. cap. 1. n. 17. & Mol. Theolog. ubi sup. col. 1392. vers. dubium est in 1. parte, de iustitia & iur. 2. ar. art. disp. 224.

Donare tamen res immobiles, etiam iudicis decreto, est prohibitum minoribus viginquinque annis, l. si. §. cum autem, C. si maior fact. alien. rar. hab. ibi, neque cum decreto, quam extollit Paulus de Castro in l. si filius, nu. 2. C. de ineffic. donat. Suarez allegatione 20, num. 7. cum concordant. per D. Ollavian. Simonell. in tractatu de restit. lib. 1. & 2. in princip. Sfortia Oddus in tractatu de restit. in integrum, part. 2. quastion. 33. artic. 1. num. 2. in 2. parte tractat unum, de in integrum restitutions, pagina 713. col. 1. Res namque immobiles minorum non possunt

alienari, nisi ex iusta causa, l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum, que iusta causa in donatione dari non potest, l. non omni 16. C. de administrat. int. Hinc inquit Paulus consi. 468. nu. 3. vol. 1. quod solemnitas, id est autoritas tutoris, & iudicis, nihil prodest, quando auctus non pertinet ad utilitatem minoris, l. tutor ad utilitatem 23. de administr. tut.

Quod procedit etiam in donatione remuneratoria, ut verius esse censet, & probat contra Roman. & las. Caldas. ubi sup. n. 19. pag. 1136. colum. 2. nisi merita essent alias obligatoria.

Res tamen mobiles, que servando servari non possunt, de quibus in leg. lex, que tutores. C. de administr. tutorum, bene potest minor donare, & merito iure valere talem donationem, probat lex secunda, C. si advers. donat. ibi, in aliis vero rebus, & dicit leg. filius, & ibi notant Paulus & Arctynus, C. de ineffic. donat. Quod procedit, ne dum, quando is minor tempore donationis tutorem non habebat, sed etiam si illum haberet, & sine eius auctoritate donaverit: adhuc namque mereo iure valeat donatio, ut cum Petro Barbosa probat & tenet Caldas Pereyra in dicta leg. si curator eum habens in parte, contra cum fuisse, num. 38. Cod. de in integrum restitutions minor. inter tractatus restitutions in integrum, 2. tomo, pagina 1166. colum. 1. & 2. quod non probat, ut infra dicemus, c. 6. versicul. mo neg.

Imo si minor consulte, ac in causam iustam, & honestam, sibi que aliquin utilem, eam donationem fecerit, seu gratitatem renuntiatione, restitendus non erit, non enim dici potest in hoc minor circumscriptus, quod precise ad concedendum minori in integrum restitutionem requiritur, sique intelligendus est textus, C. si advers. donat. ut optime considerat Corneus consilio 36. num. 8. & 11. volum. 1. & alios allegans D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 1. num. 32. ubi quod esse sit intelligendum, quod dixit Dec. consilio 280. num. 4. quod scilicet contractus donationis factus a minore firmetur iuramento, quod etiam repetitum Dec. consi. 181. nu. 4. quem refert & sequitur Anton. Gabr. lib. 3. commun. opin. titu. de iure dotium, conclusioni 1. num. 22. Et quod in donatione nulla latio considerari possit, & adeo adversus eam non detur restitutio, tenet plures allegans Sfortia Oddus, ubi supra dicto articulo, num. 12. Idem probat Molin. Theolog. de iustitia & iur. disp. art. 173. columna 219. versicul. si minor aliquid, dicens, quod minor non censetur latus, ac proinde non potest petere restitutionem, si donaverit ex iusta, rationabili, & utili causa, ut si donatio sit renuntiativa, & commensurata obsequiis & beneficiis receptis, aut sit sponsalitia largitas, moderata attenda qualitate personae ac quantitate patrimonii, & consuetudine regionis iuxta communem opinionem, quam ibi refert post Anton. Gom. 2. tom. variar. cap. 14. num. 1. colum.

Si vero a filiis minoribus seu maioribus pauperibus, nihil, quod unde se alant, habentibus, nec ex causa sibi utilis, nec etiam pia, nec religiosa, id ex facilitate actum fuerit, secus erit, secundum Mol. ubi supra n. 33. & utrumque probavimus & sequuti sumus in repet. autb. sacramenta pub. n. 118. C. si advers. vend. ubi alios auctores in idem citavimus. Vtrumque etiam probat Sfortia Odd. ubi sup. artic. 2. n. 16. 17. & 19. pag. 714. col. 1.

Sitigitur regula generalis, quod minor non potest donare, etiam cum auctoritate iudicis & presentia curatoris, ut in dict. l. si. §. cum autem, C. si maior fact. ex l. 1. §. si non mortuus, ff. de iur. & rat. disp. & per D. Ollav. Simonell. & Sfortia Oddus, ubi sup. qui d. art. 1. n. 3. cum sequentibus, septem casibus id limitat, & precipuus est in donatione curata, ut per ipsum ibi, art. 2. per 1018. & articulis sequentibus, an restitatur ad versus donationem factam piz cause, vel ex causa remuneracionis, vel propter

pter nuptias, vel ex causa mortis: minor tamen 25. anni si bona habeat Caltransia vel quasi Caltransia legitimo pollens iam usu rationis, potest ea donare, quia de peculio caltransii vel quasi caltransii potest ad libitum disponere, donare, & testari, sicuti in vita patris, ita & post mortem patris, quia in his filius vivente patre censetur esse paterfamilias, ita frater Ludovic. Lop. in suo instructio. negotiantium, lib. 2. cap. 39. in versicul. adde ultimo, columna 485. cum sequenti, dicens hoc esse de mente Sylvest. vers. peculium. 1. quast. 3. & est communis, secundum Emanuel. Rodrig. in summa. 1. part. cap. 98. num. 7. & prebenda Ecclesiastica habentur loco peculii quasi caltransii, l. sacrosanti. Cod. de sacrosanti. Eccl. & dicemus infra 3. part. c. 32. n. 4. Similiter non procedit, regula in casu, de quo supra in principio, huius n. 60.

Nunc ad limitationem regulam supra ampliate descendamus. Et primo quidem regula dicit, l. 18. tit. 18. part. 6. limitatur per grades Doctores, ut non procedat in molendinis, & bonis sicut iuxta flumen obnoxii inundationis: ea namque tutor, vel curator, aut prelator poterunt alienare sine decreto, ita Angel. ubi Fulg. si dem commendat in l. non solum ff. de pet. hered. & Rup. in l. quo minus, num. 162. in fin. ff. de flumin. P. alat. Rub. in repet. cap. per vestras, §. 18. num. 4. de donat. inter virum & uxorem, Rubens consi. 138. columna 1. ubi id extollit, & inquit, neminem contra dicere, & refert alios Tiraquel. de usque retract. titu. 1. §. 1. gloss. ff. num. 92. & 93. ubi quod huiusmodi molendina computantur inter mobilia, ex quibus videtur, hanc esse communem sententiam, quam ut communem probat Paulus in l. 2. de off. titu. & lac ob. de Nigris ibi n. 11. teste Cald. ubi sup. n. 10. in princip. pag. 1134. col. 1.

Sed hoc alii Doctores verum intelligunt in illis molendinis, que instar navium super flumina meant, ac veluti ambulantes, cuiusmodi multa sunt in Ligero flumine, & in Pado, ut refert Bartol. in l. quo minus, in 18. quast. ff. de sum. & in Tiberi, ut commemorat Paulus de Calstr. in l. fluminum, in principio, circa med. ff. de dam. infecti. Hec namque rebus mobilibus aggregantur, ut expressum dicit Rip. ubi sup. ubi ex hoc dicit ea contineri legato mobilia, postquam alienari a tutore, & prelato, sine solemnitate: tametsi alia molendina, que tanquam domus in terra, aut in ripis fluminum fiant, illisque adherent, sint immobilia, ut satis ex se patet, & voluit Bald. in cap. contingit, columna 1. penult. versicul. quaro, nunquid mole, de dol. & contumac. ubi plus dicit, molas ipsius molendini non esse mobilia, sicuti neque tegulas domus, quamdiu illi sunt applicite, quia una contignatio est. l. cum, qui ad us. ff. de usucap. & idem Bal. in l. ceteri, colum. 2. sup. 4. quast. vers. quid in molendino, C. locati, tradit, molendinum esse pradium rusticum, quem sequitur las. in d. l. quo minus, in 19. quast. in fin. & Rip. ibi d. n. 126. & refert Tiraq. ubi sup. d. num. 92. ubi num. 94. refert diversas consuetudines locorum quorundam, eandem distinctione servantes, Arias Pinell. in l. 3. part. n. 28. C. de bon. mater. inquit, se non dubitare, priores Doctores, qui tenebant, molendina posita iuxta flumen, obnoxia inundationi, posse sine decreto alienari, errasse, & tenet contra eos, quia peculium, quod illi Doctores considerant, erit, p. causa decreti, quod necessarium est in alienatione immobilium, etiam si talia sint, ut illis carere expediat, l. magis puto, §. si alienum, & l. si fundus sterilis, ff. de reb. eorum. Et quod ideo causa iusta ad has alienationes non sufficit sine auctoritate iudicis, ut constat ex illis iuribus & aliis, que ibi citat. Idem tenet Caldas, ubi sup. versicul. que tamen.

Petrus autem Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. p. 1. v. 1. §. filio 299. num. 4. priorum opinionem Angeli & sequacium intelligit, quando periculum est in mora, ita

quod non est tutum expectare solemnitatum omnium cursum, quia textus in d. l. non solum, quo movetur Ange. loquitur de rebus, que mora peritura sunt, & hoc casu evitabimus (inquit ille) dicit. Pinell. ubi sup. que sustineri possunt, quando periculum non est in mora, sed ei status patitur dilationem. Addit etiam Angel. non dicere, posse alienari huiusmodi molendina sine solemnitate, sed solum posse alienari, & quod ideo non meretur simpliciter reprehendi a Pinello.

Quid teneamus? Ego prafatam distinctionem supra in vers. sed hoc alii Doctores supra, relata teneo ac probat, quia vera & iudicia mihi videtur ex ibi dicit, nec admitto intellectum Petri Surd. supra, relatum, quia censeo, raro, aut nunquam verificari posse esse dictum, & declarationem: siquidem nullum periculum iam repente contingere potest, quin locus sit observandis iuris solemnitatibus. Quod si ipsum adhuc contingat, quis quare emere veller rem illam tam gravi periculo expositam? Quod si addit emor, & non sit tutum expectare consensum omnium solemnitatum, alienatio fiat, saltem precedente summaria causae cognitione de predicto periculo, & cum decreto pratoris, & hoc modo medebitur tali morbo.

Secundo principaliter limitatur regula nostra legis Regie, quando pater aut testator iussisset testamentum, aut codicillis, ut res immobilis minoris heredis vendiderit sine decreto, ut in l. 1. versicul. praeerea, ff. de reb. eorum, ibi, nisi, aut fieret, parentes testamentum vel codicillis ea verent, & ita tenet Decian. c. in presentia, n. 33. de probat. & alios plures refert Cald. ubi sup. n. 15. pag. 1135. colu. 1. ubi cum las. in l. 2. n. 8. ff. de officio eius, ampliat, etiam si testamentum sit imperfectum, per l. final. ff. de reb. eorum, quod latius prius probavit Anton. Gomez. 2. tom. cap. 14. n. 16. & novissime Molin. Theologus, in parte, de iustitia & iure, secundo tractat. n. 224. col. 1392. in vers. quando pater.

Similiter Doctores probant, quod quando minor in suo testamento heredi suo mandat, rem certo pretio vendere, non requiritur decretum iudicis, quos refert Cald. ubi sup. d. num. 15. in principio, ubi quod haec limitatio non sibi cum iudicio, sed imo incepte videtur ab scribentibus inventa: siquidem hoc casu res minoris venditur post eius mortem, & heredis, non autem minoris res distrahitur, ut in §. 1. l. si iure, de hered. qualiter & diff.

Tertio limitatur predicta reg. secundum Tiraq. de iur. marit. gl. 8. num. 194. fol. 308. ut minor aut tutor illius possit sine solemnitate decreti alienare pradium, quod testator iussit, vel promissit se reddendum, vel stipulanti sponderit, quia haec alienatio huiusmodi est, que necessaria ex voluntate testatoris dicitur, l. si. §. 1. & l. magis puto, §. si pupillus, & l. luti, ff. de reb. eorum. l. 1. & l. pradium, & ibi gl. Faber, & alii, & quando decreti opinio non est, quod late prosequitur Barto. Bald. & alii recentiores in l. qui Roma, §. quo heredes, ff. de verb. oblig. ubi probatur, non esse necessarium decretum, quando defunctus rem iam alienaverat, quia eo casu illa alienatio necessaria est, & pupillus magis exsequitur paternum contractum, quod novum inest alienationis, ideoque decretum non est necessarium, quod plurib. confirmat Tiraq. ubi sup. n. legg.

Ad idem est singularis textus in l. si filius 78. §. primo, ff. de contrahend. emt. ubi tutor, qui emit patre defuncto, potest sibi rem tradere absque alia solemnitate, quia precedentem contractum exsequitur, non vero quidquam de novo facit, ex quo minus reddebat videtur Alciatus in l. singularia, ff. si cert. per. dum censet, textum illum specialiter procedere in tutore, pupillo que herede patris, siquidem text. ille ex communium Doctor. interpretatione generaliter procedit in quocun-

que extraneo herede, per regulam d. l. magis puto, §. si pupillus, & per leg. 3. C. quando decret. opus non est, & per legem 2. C. si adversus venditionem pignori secundum Caldas Pereyra, ubi supra, ad §. de cimo sexto, ad finem, & num. 17. pag. 1155. colum. 2. ubi demum comprobatur in curatore pupilli, & allegatios Dd. & respondet ad textum in leg. 1. §. si quis quæsitum, ff. ad Trebel. ubi tutor non potest sibi quartam solvere, aut detrhere: quod illo casu secundum Bald. in l. cum ipse, ad §. C. de contrab. emt. possit tutor detrahens, sibi que auctoras pupillo nocere ex eo, quia quarta non erat liquida, neque cetera, de quibus ibi, quod secus est in casu dictæ legis, fiscalium, §. 1.

66 Nihilominus tamen præfatam limitationem Tiracquel. in promissione testatoris de vendendo falsam arbitrat, Caldas ubi supra, d. l. 17. in versiculo, quod nos, pagina 1160. columna prim. quia aliud est vendere, aliud promissio de vendendo. Ille enim, qui vendidit, contra-xit, quia solo consensu venditio perficitur, quod si non tradit rem venditam, vel minor facere potest, quia in exsecutione consistit. Ceterum si solum præcessit promissio de vendendo à patre, vel auctore pupilli facta, non vero venditio, minor eius heres promissionem prædictam adimplendo magis de novo contrahit, quam præcedentem contractum exsequitur, ac proinde non bene arguit Tiracq. ubi supra ab aliis iuribus, qui solum exsecutionem contractus minoris permittunt, in qua nulla læsio de vendendo à patre, intercedit, sed omnimoda necessitas, quam non licet variare, verfat: quod in promissione de vendendo non procedit, in qua si à defuncto pretium non fuit taxatum, nemo inficiabitur in eo taxando posse minoris decipi, aut lædi: quod si fuit taxatum, forsitan magis expediat interesse solvere, quam rem ipsam vendere: quod iudicis ac tutoris arbitrio & auctoritati relinquendum est. Quocirca cum hoc casu minor interesse præstans liberetur, sicuti defunctus liberari poterat. Respondendum est, vendere minoris non posse sine decreto contra Tiracq. ubi supra, eiusque limitationem. Quod si venditio à parente celebrata sit, atque omnino perfecta, absque traditione, tunc minor proculdubio rem venditam à patre tradere emtori poterit sine decreto, quia magis contractum paternum exsequitur, quam denuo contrahat. Ita tenet Cald. ubi supra, d. n. 17. cuius opinionem probat, præterquam quando à patre facta sit opinio de vendendo certo pretio con-vento & stabilito: tunc namque contrarij censeo. Imo quod minor, vel eius tutor vel curator possit rem illam tradere emtori saluto pretio absque decreto, quia verum est, magis contractum paternum exsequi, quam de novo contrahere: sicuti quando celebrata fuit venditio à patre. Hæc n. duo à quæparantur ex his, quæ subtiliter consideravit Lafarte de Mol. in tract. de decim. vendit. c. 17. n. 40. ubi probat, quod si venditionis pactum formale sit ex-presso pretio, conditionibus, quibus expressa fuit quoque res vendenda erit, non solum sit, & iudicetur pactum de vendendo, sed vera, propria, ac pura venditio, statim il- lis verbis contracta, in hunc modum: promitto tibi ven- dere illam domum, hic & hic finibus designatam, mille aureis si solvendis, & his conditionibus, & pactis, & tu in idem placitum contentas, dicasque, te recepturum & emturum eandem rem, dicto pretio, pactis, & conditionibus. Secus au- tem dicendum fore, si pactum fiat informale, veluti si pa- cificamur, quod tibi vendam illam rem, & tu emas, non autem conventum fuerit de certo pretio: isto namque casu solum pactum de vendendo fit, non venditio, & quamvis Lafarte ubi supra, n. 41. cum sequ. aliud teneat, & probet, imo quod pactum de vendendo, etiam formale non sit, pura & statim contracta venditio, quia vere partes non vendunt, sed promittunt vendere, quæ res valde differunt, ut patet. Hoc quidem verum est, & procedit quoad non solvendam gabellam & interitum rei ad emto- rem non pertinet, dum, quousque vere & realiter pure

venditio ipsa celebratur, seu res tradatur, ut tenet idem Lafarte, & nos quoque probavimus in nostro tractatu de Gabellis, quem constitutum super lib. 9. nova collectionis Regiæ, Ceterum quoad obligationem & vinculum, quo tenetur promittens vendere certo pretio iam constitu- to, ac conditionibus de pactis, & hinc inde inter contra- hentes placitis, & stipulatis, & per consequens eius her- es, proculdubio nulla differentia est inter venditionem, & prædictum pactum formale de vendendo, ac proinde poterit minor tradere sine decreto eam rem à patre promissam vendi certo pretio, & conditionibus ac pactis inter partes constitutis.

Nec obstat, quod poterit expedire magis minor sol- vere interesse, quam rem vendere: quia si hoc ita conti- gerit, poterit auctoritate tutoris seu curatoris hoc inten- dere, remque non tradere, de quo hic non quaeritur, sed tantum, an possit rem tradere, & promissionis pactum formale à patre factum adimplere absque decreto, & de- fendimus posse cum Tiracq. & veriori sententia, quia si al- iud diceremus, ut vel Cald. idem contendit posset in ven- ditione celebrata à patre, quæ est contra tex. in d. l. fiscalis, §. 1. ff. de contrab. emt. opinio igitur Cal. in hoc non pro- cedit, sed tantum in simpliciter promissione & pacto non formali à patre facta de vendendo, nullo pretio consti- tuto, tunc n. quia non venditio est, nec pactum formale de vendendo certo pretio, & conditionibus nullis adie- ctis, & ne in pretio decipitur minor, & quia contrahit, & alienat denuo, & non solum exsequitur patris volun- tatem merito, quod requiritur decretum iudicis.

Quod si minor aliquam exceptionem legitimam habeat ad non adimplendum contractum venditionis, seu pactum formale de vendendo à patre celebratum, veluti læsionis ultra dimidiam, vel quia convenit de scri- ptura conficienda, & non sit confecta eo casu, quod hoc al- legari iure possit, vel quod non teneatur rem tradere, sed quod liberetur solvendo interesse, prout vult solvere, vela- lis defensiones iuridicas, hæc semper salve sibi mane- bunt, quia nos hic de his non agimus, sed tantum quod minor possit contractum, seu pactum formale venditio- nis rei immobilis à patre celebratum exsequi absque de- creto prætoris, quod verissimum & iuridicum esse censeo per prædicta, præterquam in pacto informi de vendendo.

Quarto limitatur d. reg. in alienatione legali, quæ etiam necessaria reputatur, veluti in hypotheca tacita, quæ à lege inducitur in reb. illatis in domum conducta: hæc n. tacita hypotheca etiam habet locum in bonis mi- noris, ut cum communi resolvit Laf. in l. item quia, n. 20. ff. de pact. & latius idem Laf. in l. si constante, in 4. par. 3. part. princ. ff. sol. matr. & Anto. de Fano in tract. de pig. 4. memb. 2. par. n. 154. qui eam tenet & in tacita hypotheca pro dote, ut late probat Palat. Rub. ad ver. Bari. in repeti- c. per vestras, §. 26. per totum, de donat. inter vir. & ux. ubi n. 4. & 6. quod minor tamen 18. annor. live habeat cu- ratorem, live non, potest immobili sine decreto præto- ris alienare pro redimendo testatore vel de sanguine

67 ad carere, vel captivitate, quia in hoc ipsa lex facit ipsum maiorem, & legitimæ ætatis. Et quod ideo non competere tibi restitutio in integrum adversus huiusmodi actum, secundum Bald. Novell. quam refert, quia in his, quæ faci- maior 18. ann. & minor, 25. in his, quæ sunt de iure natu- rali, vel quasi, non restituitur in integrum, ut per eand. Pala. Rub. d. §. 26. in 7. Eandem opin. Palat. Rub. nempe, quod bona mariti minoris finita lege tacite hypotheca- ta pro dote, sequitur, & dicitur communi plures allegans Anto. de Fano in d. tract. de pig. 4. memb. 2. par. n. 73. sed illam, quod prædictus minor possit immobili alienare sine decreto prætoris pro redimendo testatorem vel san- guineum à carere, vel captivitate, & si hoc opus pi- sissimum sit, omnino tutam non censeo, cum ex veriori & cõiori opinione sup. in 14. ampliat. probaverimus, & ad- pias causas, non licet minori, vel eius administratori alie-

75 *tit. 18. part. 3. idem, quando loci fuisse in gran mensiter que non podrian al hacer, probat lex 4. tit. 3. part. 3.*

Secundo ad hoc, ut venditio rerum immobilium à minoris valeat ultra decretum iudicis, & cetera requisita, de quibus per Roland à Valle, consil. 33. per totum lib. 1. necesse est, quod subsistat æ alienum, ob æ alienum, C. de prad. & alius reb. minor. leg. magis puto, §. ne passim, ff. eodem tit. tenent Roman. Cornueus, Math. de Affili. & moderni de emt. & vendit. quos refert & sequitur Rolandus à Valle, dicit, consil. 33. lib. 1. num. 1. Imo non sufficit, quod sit æ alienum, sed etiam requiritur, quod creditores cum æ- fectu insent minore, seu eius tutores vel curatores ad solvendum, ut in dicit §. ne passim, in vers. si modo urgeat creditor, & ibi Bari. ubi inquit, quod iudex debet adhi- bere causæ compositionem, an creditor insisset & petat sibi solvi, quod alias non est ei solvendum. Ad idem est text. in tutor urgentibus creditoribus, ff. de minorib. & Bartoli. ubi supra sequitur Dec. consil. 402. num. 12. & Paris. consil. 98. num. 2. cum sequ. vol. 1. & consil. 83. num. 20. vol. 3. Roland. à Valle, ubi supra n. 2. Quod adeo verum est, ut etiam in instrumentis de ceteris creditoribus insisset, & petitis, sibi quo sunt verba prolata à notario, & dicta à curatore & contrahentibus, quia hoc plene iudici constare debet ultra assertionem curatorum & emtorum, ut per Dec. & Roland. à Valle, ubi supra, n. 3. & optime per Paul. Paris. dicit, consil. 98. & dicit, consil. 83. ubi plura alia requirunt ad hoc, ut bonorum immobilium minorum alienatio facta valeat, quæ sunt videnda apud ipsos, quoties opus fuerit, & casus occurrerit.

In eadem l. Regia ibi oportet casus aliqua de laborer manas del moco, de hoc late egimus supra, capite tertio huius 2. partis.

In eadem lege, ibi oportet casu miento del mismo. Idem probat leg. quæ tutoris, C. de administratione tutorum, cum quibus communitur approbata in verb. vel in dote, diximus sup. hoc c.

In eadem lege Regia, tibi oportet drazon derecha, licet propter utilitatem minoris, ut in d. leg. 60. tit. 18. part. 3. & in l. n. 3. part. 5. & ibi Greg. Lopez. Alios casus refert in proposito idem Gregor. Lopez, in hac leg. in gloss. derecha, tit. 16. part. 6. Et hoc cum causis cogitatio- nis fieri debet, ut in d. l. magis puto, §. ne passim, ff. de reb. eorum, & tradit magister aliter Speculator, de emt. & vend. §. nunc dicendum refert, in vers. hoc quæ 3. quem refert & se- quitur Greg. Lopez, hic in gloss. exen. si. in intelligens hanc no- stram l. in illis verbis, non lo padren de esen. in ninguna manera, quod & iure probat Roland à Valle, d. consil. 33. n. 10.

In text. ibi, tibi oportet dene confertir que la casa que fue del padre o del abuelo del huérfano, in que el nacio se enage- no en ninguna manera pidiendo el casar. Idem iure com- muni probat optima ratione, l. lex, qua tutores, C. de ad- ministr. tit. 1. ubi, ne quæ domum vendere liceat, in qua defi- cit pater, minor crevit, in qua maior non imaginatur, aut non videtur, si autem vultis videre factis est legibus. Ad de legem, si in emitione, ubi gloss. de minor. quem text. fatis com- mandant Dd. congesti per Tiracq. in præfatione de utroque, retracta in n. 34. Ant. Galea. Malv. consil. 37. n. 25.

Hinc deducitur, quod licet dubium sit, an prohibita venditio, & censeatur prohibita omnis alienatio, tamen si huiusmodi prohibito sit eius rei, ad quam prohi- bens verissimiliter affectionem habuerit, quia effectus maiorum ipsius, sine dubio trahitur dict. prohibito ad communem alienationem, per dicit. l. lex, qua tutores, C. de administr. tit. 1. Itaque in terminis decidit Joa. Croc. in repeti- tione legis silius famulus, §. de vi. ff. delegat. 1. vol. 3. vers. si- se concti, quem ad hoc refert & sequitur Tiracq. ubi supra, num. 49. vers. sibi locus.

Neque hinc tibi longebest, quod scribitur, 3. reg. c. 21. Nabothe. Regi Achab denegat vineam, quæ trat juxta

70 *70* nare immobilis absque decreto prætoris, cum in hac alie- natione multum lædi, & incaute alienare contingere pos- sit: ideo decreto prætoris opus est, ut omnia provide, & recte fiat. Iuxta tamen causam alienationis erit redemptio parentum à carcere, vel captivitate: nihilominus tamen decretum requiritur, sicut etiam ipsi in intervenire deb- bet, quando ob æ alienum necessarius solvendum, & pro alimentis iure naturali competentibus bona immobilia alienanda sunt, si periculum in mora non sit. Et ita cen- seo tenendum, tametsi Caldas, ubi supra, n. 13. pag. 156. col. 1. ad fin. indistincte ac simpliciter nostram hanc 4. limitat, probaverit cum illatione Pala. Rub. ubi supra, d. n. 6.

Quinto non procedit si sepe d. regul. quando aliena- tio spes fideicommissi recipiunt inter fratres, quia hu- jusmodi fideicommissum reciproco remitti potest, ac fieri transactio super eo à minore, ita ut remittens illud, non censeatur læsus ex transactio illa, neque competat ei restitutio in integrum, cum frater concordia, remo- to captandæ mortis alterius voto improbabili, retine- tur. Ille est casus, de fideicommissi, in C. de transact. ubi notant omnes, & pulchram eam l. elle profitetur Bari. ibi, & posteriores omnes, quam plurimum illius utilitatem commendant, & unicum esse text. illum affirmat Bald. in leg. cum Archiepiscopus, n. 3. ut in poss. ff. legat. Verum est prope similes in lege, cum proponas 16. C. de pall. & in terminis ex dicta lege de fideicommissis, hanc quintam li- mitationem tenet, ac probat Caldas in d. l. si curatorem habens, in parte contractum fecit, num. 20. C. de in integr. restit. min. in 2. part. tract. de in integr. restit. min. pag. 1157. colum. 2. in princ.

71 *71* Sexto fallit tibi eadem regu. si credimus Dec. consil. 403. col. 1. in eo minore, qui veniam ætatis impetravit. Is nam- que absque decreto iudicis poterat bona sua immobilia alienare. Contrarium tamen verius est, & probatur in l. fin. C. si maior fact. ubi lex illa loquitur in alienatione fa- cta ab eo, qui veniam ætatis impetrat, & probat decretum esse necessarium, text. est clarus, & expressus ad hoc in leg. 3. C. de iis qui ven. ætatis impet. & tenet Salycet. in l. penult. C. si maior fact. & Tiracquel. de nobilit. c. 20. nu. 42. ubi alios citat. Est communis secundum Ant. Gom. 2. tom. c. 14. n. 12. ubi inquit, quod ita communitur ponitur in con- cessionibus veniæ ætatis, quas in illo regno concedit Princeps. Et hanc opinionem iure communi, & regio Portugallie probat Cal. ubi supra, num. 21. d. pag. 117. col. 2. ubi bene declarat & limitat, nisi in eadem concessione exprimat, quod deinceps bona sua possit liberare, alie- nare, & non sufficere, quod in veniæ concessione dica- tur, quod possit deinceps bona, quamvis immobilia, ali- enare, nisi adsit illud verbum aliter, vel aliud æqui pol- lens, per quod iudici possit, concedentem voluisse ex- cludere decretum, alias semper necessarium.

72 *72* Septimo principaliter limitatur eadem regula, quan- do minor alienavit sine decreto, cum iuramento tamen, tunc namque iuramentum alienationi adjectum firmat contractum, neque opus est decreto iudicis, nec etiam auctoritate curatoris, text. est in auth. sacramenta pub. cum similibus legibus huius regni, C. si adversus vendit. cum ibi à nobis latissime adductis in repetitione, ubi etiam, an hoc locum habeat data enormissima læsione, & an ei possit renuntiare.

73 *73* Octavo fallit, quando exstaret consuetudo tibi in con- trarium, quoniam per illam derogari potest iuri decre- tum exigenti, ut per Bald. in c. per text. solum per quos si- at in vers. commendat. l. si in 2. n. 8. vers. 4. notabilior, ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Paris. consil. 83. n. fin. vol. 3. licet de hoc dubitet, ceterum dubium non est, ut pro- bat Cald. ubi supra, n. 24. pag. 1160. col. 2.

74 *74* In eadem lege tibi Regia 18. tit. 16. part. 6. ibi, fuerit ende- sio si seiera alguno por pagar las deudas que oviese de xado- el padre del huérfano, idem oportet simpliciter dicit l. 60.

Palatium Regis, qui pro ea meliorem obtulerat; id namque dicebat, *propitius sit mihi Deus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi*, ut facile possis hinc intelligere, res majorem nostrorum nos pluris aestimare, quam alias etiam multo meliores, ejusque affectionis gratia nos Regem, vel potentissimum auctoritatem contemnerem. Sed ut praeterea intelligas, hunc effectum non improbum esse aut temerarium, prosequere lectionem ejudem sacrae historiae, dum commemorat, quae ipse Achab passus est divino iudicio: Ob id namque responsum suu percipit. Is enim gravissimam cladem perpressus est. Cujus historiae fit mentio in *conventor 23. qu. 8. & in c. Achab de penitentia dist. 32.*

30 Sic etiam scribit Alexandrinus *lib. 1. inter praecipuas causas*, cui legem Agariam divites recusant apud Romanos, hanc fuisse, quod impium ducerent monumenta majorum ad alios transire, ut refert *Tragellus ubi supra num. 48. qui alia similia cogit.*

31 Sic etiam minor testis restituit ad versus adjectionem ab alio factam in care, quae majorum ejus fuisse, et aliter non est restituendus, *textus in dicta lege, sit emtionem, ff. de minor. ubi glossa notat inter esse mirabile*, & Baldus inquit, quod ob illud inter esse fingitur major coordiniter de dotalibus enim non restitueretur, *leg. ff. de in integrum restitutio minor. & sequuntur plures, quos congerit Traque ubi supra, num. 34. qui numeris leg. plurima in proposito adducit, quae hic enumerare potius laboriosum esset, quam libale.*

32 Sed de iho nostra legis Regiae supra relata defumta est *ex d. l. lex, qua tutor, & quibus prohibetur venditio domus paterna, vel avie minoris*, in qua ipse natus fuit; si fieri possit, procedit non quidem simpliciter, sed necessario plura concurrere debent: non enim sufficit, quod patris fuerit, sed etiam, quod antiquitas majorum ejus fuerit: item, quod illam habitare consueverint, & pater ipsius in ea defecerit, & pupillus ibi fuerit procreatus, natus, & educatus, illicque creverit, & majorum fixae conspiciantur imagines: alias enim affectio cadere non videtur, neque per hoc alienatio tunc prohibetur, nec etiam in integrum restitutio adversus alienationem, si fiat, conceditur, *art. leg. lex, qua tutor, & sic vera domum venderi, Cod. de administratione tutorum, & leg. 1. §. si rem quidem, ff. si quis in fraudem patris. Antonius Galea. Malvas. dict. consilio 37. num. 30. deinde affectio illa, quae ex eo venit, quod res matrem & antiquorum fuit, ex parte feminam non consideratur, quia agnationem & castatam, ac illius nomen non conservant femininae, sed illam interrumunt, & lineam paternam extinguunt, & delere faciunt, ex eo, quod in alienam familiam transeunt, opesque, ac maiorum suorum bona in illam transferunt, & inde amplius de eorum familia, domo & castata non appellatur, nec vocatur, nec illam curant & diligunt, sed tantum mariti familiam magni faciunt, & colant, progenitorum insignis, & armis spreis, mariti locum utuntur. *ut notant fassin & alii in leg. maritus, C. de procurator. late (ornicus consil. 26. videtur dicendum columna. 2. & in consil. 41. videtur in hac consultatione, columna. penult. vol. 4. & Coz. adn. consil. 79. num. 7. sed solum in masculis attenditur, quia hi sunt, qui maiorum suorum agnationem conservant, memoriam retinent, onera, gravamina, odia, & inimicitias sustinent, & semper de eadem familia, & agnatione nuncupantur, e- iusque diuturnitate representant, lege laborum, in sine, ff. de verborum significat. cum similibus, quod satis experientia rerum magistra demonstrat, item Malvasia, ubi supra, num. 31. & 32.**

33 Ex quibus fit, quod ad rem ruinofam, destructam, ac solo fereae quantam talis affectio non habetur, ut probat *idem Malvasia, ubi supra, num. 33.*

Demum praedicta affectio omnibus supradictis etiam concurrentibus non impedit alienationem praedictae domus maiorum, quando praeficit, & necessario vendi debet ad solutionem aeri alieni, vel alimenta pupilli, ut puta, quia non habet alia bona sufficientia ad praedicta, onera sustinenda & solvenda, nec alius modus inveniri potest, quo ei satisfiat, nisi per alienationem dictae domus, ita quod ipse venditio & alienatio excusari non potest, ut probatur argumento a contrario sensu defumto ex dicta *leg. 1. tit. 16. part. 6. ubi puidendo excusar. & probat etiam subtiliter ad hoc poderando dict. leg. lex, qua tutor Malvasia dicto consilio 37. numero 35. dicens, quod non omnino prohibet rem, ad quam cadit affectio alienari, sed ex utilitate, & causa necessaria permittit.*

In eadem lege Regia, ibi, *¶ Otro si no deve vender, ni enagenar los servos, &c.* haec lex ortum habuit ad dict. leg. lex, qua tutor, C. de administratione tutorum, ibi, ante omnia igitur urbana mancipia, quae totius suppellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate, & in domo retineantur: nam boni servi praedem fieri prohibentur, mali, si res exegerit sub quaestione possit poterunt prode veritatem: nihilominus tamen nostra lex Regia addit, & permittit quos servos que el tutor, o curador enten dieseque podrian ser damnos si bien los pudes vender, e que el precio de ellos devuelo meter en pro del hueraño. Unde, quamvis tolerabilis esse dicat, dicta leg. lex, qua tutor (si ita contingerit) servos mori suis dominis, quam servare extraneis, quorum fuga potius tutori adhibetur, si ve negligentia, dissolutam esse patitur eius disciplinam, si ve duritia, vel inedia, atque verberibus suis afficit, nec enim dominos excusantur, sed magis diligant, nihilominus tamen attendita hac nostra lege Regia partit. in verbis modo relatis, tutores & curatores bene possunt hoc vendere servos minorum suorum, quos intelligunt damnos esse posse, damno pretium eorum convertant in utilitatem minoris.

SUMMARI A.

- 1 Tutor & curatores donare gratis non possunt de bonis suorum minorum, neque gratis remittere su pupillo competenti, ut in num. 5.
- 2 Procurator causa, atq. procurator generalis cum liberis vel procurator republicae donare non potest, nisi specialiter hoc sibi concedatur.
- 3 Procurator habens mandatum ad transigendum & componendum cum potestate, non potest debitum gratis remittere.
- 4 Prorex non potest donare.
- 5 Pupillus etiam cum tutoris auctoritate donare non potest.
- 6 Tutor ad donandum dari non potest ibi, 6.
- 7 Tutor etiam accedente iudicis decreto non potest bona immobilia donare.
- 8 Procurator cum libera potest remittere debitum egenissimo debitori.
- 9 Tutor, curator, vel administrator principis, vel alicuius optimatis, potest pro dignitate domini facere donationes & remissiones.
- 10 Tutor pupilli potest munera solemnia mittere parentibus & cognatis pupilli, de bonis ipsius, si secundum qualitates & consuetudinem hoc facere debuit dominus, & num. 10. idem in pupilli nobilitate.
- 11 Tutor, quando possit praestare pupillo necessaria ad honestu recreationes & elemosinam?
- 12 Tutor non potest in arbitratore & amicabile compositione compromittere, ut alie & balle procedant, & c.
- 13 Administrator quisvis non potest remittere su suis principalia.
- 14 Tutor, an possit remittere su redimendis pupillo competens

petens in praedictum pupilli, vel facere falsum esse tempore redimendi?

- 15 Tutoris scientia, quando dicatur scientia pupilli, & ipsi nocet.
- 16 Tutoris confessio, quando nocet pupillo? & num. 19.
- 17 Confessio facta in iudicio respondendo petitioni actoris, videtur facta in vim contentioe iurifacit.
- 18 Confessio procuratoris, quae surgit ex contentioe ipsius, in non respondendo petitionibus est valida.
- 20 Dominus potest revocare confessionem procuratoris in casibus, in quibus ipse nocet probando errorem.
- 21 Minor per suum curatorem in litem potest revocare confessionem sui tutoris, vel curatoris in casibus, in quibus sibi ea nocet probando errorem.
- 22 Tutor non potest alterare fundi naturam in praedictum sibi.
- 23 Tutor potest donare de bonis pupilli pro facienda pace ad favorem pupilli.
- 24 Curatores minorum donare possunt ex rationabili causa, si fecit dare alimenta fratri maiori naturali, matri vel forori minori egenibus, ut hic.
- 25 Tutor nomine pupilli more civitatis potest mittere encenia magistris suis conjunctis, & remittere debitum non liquidum ex rationabili causa.

CAPUT VI.

An tutor, vel curator possit donare de bonis minoris?

TUTORES vel curatores, sicut habeant liberam & generalem a lege administrationem, donare tamen gratis non possunt. de bonis suorum minorum, leg. tutor, secundum argumentum 14. si finalis sine, ff. de administratione tutorum, leg. 1. in princ. ff. de tutel. & rat. dist. l. patrum curatoris, C. de pat.

Idem in procuratore Caesaris probat expresse *leg. 1. §. 1. ff. de officio procurator. Cas.* Idemque est in procuratore habente ab homine, vel universitate mandatum generale cum libera, & plena potestate, quae aequipollat speciali mandato, juxta leg. procurator, cui libera, cum glossa in leg. mandatum, cum gloss. & ibi Bart. ff. de procurat. in cap. quid agendum de procurat. in §. 6. leg. nam & nocere, & ibi Bald. ff. de pat. Non enim potest donare, aut remittere, leg. contra iuris, §. final. ff. de pat. leg. sibi familiae, ff. de donat. ubi quod donare est perdere, Bald. in leg. non absulit, C. de novat. refert plures auctores hoc tenentes, Petrus Duennas in regul. 31. 2. conclus. & Petrus Sarau consil. 3. num. 71. Menoch. consil. 22. num. 14. volum. 1. decs. Pedemont. O. Savian. Cacheran. 31. num. 31. & Mattiens. in leg. 2. gloss. 2. num. 3. tit. 3. lib. 3. nota collect. Reg. ubi limitat, nisi specialiter hoc sibi concedatur, leg. 1. §. 1. ff. de officio procurator. Cas. leg. 3. §. plane si quod vi, aut clam. Et ampliat in procuratore republicae, & in procuratore patrimonii Caesaris, ut hi non possint donare, licet censeantur habere mandatum cum libera, lege praefes, Cod. de transactio. & dicta lege mandatum generalis, ff. de procurat. diximus late de pro ameno confirmat. 1. parte, capitulo 30. num. 11. cum sequentibus, ubi quid de iure nostro Regio partitarum.

Imo neque habens mandatum ad transigendum, & componendum cum generali potestate, non poterit debitum gratis remittere, ut ex dictis iuris probat Federic. de Senis, consil. 2. & latius Caldas Pereyra in tractatu de rebus, in integ. in secunda parte, ver. sine curatore & constitutus, num. 120. pag. 1143. ubi etiam probat legitimis administratores, veluti tutores, & similes, non posse donare, & eodem modo, neque syndicum universitatis, vel collegii. Er in tutore, & curatore, & prelato ecclesiae, & omnibus administratores, ut non possint donare, probat etiam Mattien. ubi supra, citans ad hoc Cyn.

Bal. & ceteros in l. 1. C. etiam per procuratorem, & Doctores in dict. l. praefes, & Joan. Lup. de Palat. rub. in repetitione rubricae, de donat. inter vir. & uxor. §. 6. §. 6. num. 29. ubi num. 30. hoc extendit ad Proregem, quem etiam in hoc ultra Matien citat, & cum eo transit Cald. ubi supra, super verb. conradum sicuti, sub num. 19. ver. cum decreto, pag. 117. col. 1.

Deinde observandum est, quod quemadmodum tutor donare non potest libere rem pupilli, ita nec gratias remittere jus pupillo competens, quia renuntiatio, si ve remissio juris principalis est donatio, leg. hoc iure, §. 1. ff. de donat. & ideo remittere non potest non liquidum, vel liquidatum, quia gratis remittendo donare videtur, ut probat late Caldas dict. numer. 120. & Joann. Garf. de expens. & melior. at. cap. 20. num. 9. in versu. unde in pralatis. ubi idem probat in pralatis, parochis & excoomis, & his similibus, & in administratore civitatis, cum libera, quod non possit remittere debitum civitatis, sicut ne donare, probat Padilla in dict. l. praefes, num. 11. C. de transact. ubi etiam, quod Procurator cum libera non potest remittere debitori exceptionem peremptoriam, quod etiam tenet Joan. Garf. ubi supra, & de prelatis Ecclesiasticis, & similibus administratoribus, quod non possint remittere exceptionem peremptoriam, tenent plures D.D. quos refert & sequitur Caldas dict. num. 120. in vers. hinc eleganter, & Menoch. consil. 31. num. 39. lib. 1.

Imo neque ipsemet pupillus cum auctoritate tutoris donare potest, ita Nevizan. consil. 8. num. 40. Menoch. dict. consil. 22. num. 15. ubi num. 14. quod tutor ad donandum dari non potest, Rum. consil. 170. r. 12. & consil. 70. qu. 27. lib. 1. & idem Menoch. consil. 31. num. 37. lib. 1. & Marcus Antonius Eugen. consil. 45. nu. 56. tametsi contrarium fortius probet Cald. Pereyra in leg. feneratorum habens super, verb. conradum sicuti, num. 33. C. de ministeg. velut. minor. scilicet, quod donatio facta a minore curatore habente sine eius auctoritate merito iure valeat, non tamen proba eius opinionem, & contrarium tenet, hoc est, primam opinionem supra dictam Lud. Lop. in suo instructo, negotiant. lib. 2. c. 39. col. 484. in ver. accedit. 2.

Sed neque si eum tutor, accedente iudicis decreto, potest bona immobilia minoris donare, leg. fin. §. cum anteem, & ibi Bart. Bald. Saly. & communiter omnes, Cod. si major fact. alien. & ab. habuer. l. ab. ugnatos, & fin. C. de curat. fur. sol. 1. §. sed si non mori §. ff. de tutel. & rat. dist. quos refert & sequitur Prasp. Furr. in suis questionibus criminal. tit. de accusat. qua sit. 19. num. 37. fol. 144. ubi plures alios Doctores citat, diximus supra cap. praecedentis: Est tamen casus, in quo procurator cum libera potest donare atque remittere, ut si egenissimus sit, cui remittit, extremaque fortuna inopia liboret, juxta gloss. versu. compellitur, in leg. omnes 1. Cod. de ann. & reb. libat. quam sequitur plures allegans Padilla in dict. l. praefes num. 15. Cod. de transact.

Secundo limitatur praecedens conclusio negativa, ut non procedat in administratione Principis, vel alicuius optimatis, qui possit pro dignitate domini facere donationes, atque etiam remissiones, argumento recer. in l. filiusfamilias, ff. de donat. ubi hoc notat. Rom. ad idem, leg. cum plures, §. cum tutor ff. de admin. tut. ubi tutor pupilli potest munera solemnia mittere parentibus & cognatis pupilli, de bonis ipsius pupilli, si secundum qualitatem suam, & consuetudinem hoc facere debuit, quia non reputatur hoc mera liberalitas vel donatio, & ibi notant DD. & Bald. l. 2. C. de aor. promiss. Bart. in l. contra iuris, §. 1. ff. de pat. & Palat. Rub. in repetitione rubr. de don. inter vir. & uxo. §. 6. §. 6. num. 10. & Menoch. consil. 29. num. 3. lib. 1. qui tamen num. 33. hoc verum intelligit, quoad ea, quae modici praedicti sunt, atque ita bene consideratis facultatibus minoris & bene meritis donatarij,